Nº

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A.H.
Sign. 4/75

PERFECTISSIMUS

CALEPINUS

PARVUS

CÆSARIS CALDERINI

MIRANI.

9.1166

PERFECTISSIMUS

CALEPINUS PARVUS,

Sive Correctiſſimum Dictionarium

CÆSARIS CALDERINI MIRANI,

Cui præter ea omnia, quæ ipſi alias ſunt adjecta, hac noviſſima noſtra Impreſſione acceſſerunt

ADDITIONES

DOCTORIS FRANCISCI THOMASUCII,

Quæ cum ſuis locis ad commodiorem ſtudioſorum uſum ſint appoſitæ, ut apertius conſpiciantur, hoc ſigno † ſunt notatæ.

Quibus ex arte cuſtoditis plurium vocularum congeriem inſperſam induſtrio FRANCISCI RICARDI ſtudio dignoſces, illæque Paragraphico ſigno ¶ notatæ percurrenti paſſim occurrent.

Additum eſt etiam Dictionarium Vocum Italicarum ordine Alphabetico diſpoſitum, quo rudiores facilius valeant ſuo Marte Italicas orationes in Latinas traducere, iterumque Latinas in Italicas convertere.

PATAVII, MDCCLIV.

Ex Typographia Remondiniana.

SUPERIORUM PERMISSU.

JESU CHRISTO
DEI FILIO
SÆCULORUM LIBERATORI

I. B. G. S. D.

CUm omnia Omnipotenti debeantur, tibi Summo omnium Reparatori JESU CHRISTO Librum hunc, totumque meipſum dico. Et quamvis hoc quam minimum munus meæ ſervitutis ſempiternæ intelligam, tamen non deſpe-

ro,

ro, te ſueta paterna benignitate non eſſe rejecturum: quinimmo (ut moris eſt tui) ex minimo maximum omen tua favente aura ei (quod obſecro) largiturum. Me, ac laborem hunc tua ex Cœlis dextera benedicat. Salve.

TIPOGRAPHUS
BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

TY-

EN tibi (amice Lector) ſe ſe exhibet pervolvendus noſter hic CALEPINUS PARVUS, ſive Dictionarium Cæſaris Calderini · Mirani, quem ſi aliorum labor in præteritis impreſſionibus ampliavit, ſtudium, ac diligentia excellentiſſimi Viri modo ad illum ſtatum perduxit, ut nihil amplius a Latinæ linguæ ſtudioſis deſiderari queat

Et-

Etenim innumeræ voces, quæ prætermiſſæ fuerant, ſunt adjunctæ, & quamplurimæ elocutiones connexæ, quas, quo facilius conſpiciantur, hac nota † Typographus Baretius præſignavit. Unde non immerito, ſed ſummo jure Perfectiſſimum illum prænominavimus: Correctiſſimum etiam ipſum habes, expurgatumque infinitis propemodum erratis, quæ incuria aliarum impreſſionum irrepſere: Labori noſtro grato indulgeas animo, quippe qui ob ſolam tui utilitatem, ac facilius commodum, hoc opus in perfectiorem redigi formam curavimus, ſperantes acceptum ingenio tuo, proficuumque futurum.

Accipe ergo læto, ac ridenti animo, quos tibi offerimus, noſtræ induſtriæ, ac dilectionis fructus, largiores percepturus, (ſi cœleſtis benignitas aſtiterit) in dies, ut expetere juvat. Vale.

PERFECTISSIMUS

CALEPINUS PARVUS,

Sive Correctiſſimum Dictionarium

CÆSARIS CALDERINI MIRANI.

A

A Littera eſt Hebrææ Græcæ, Latinæ, & Italicæ linguæ princeps, quam Cicero in Orat. pro Mil. ſalutarem litteram vocat: nam apud Romanos erat nota quædam abſolvendi, ut littera C. condemnandi. A, & ab, præpoſitiones ablativo caſui ſervientes ſignificant, *Di ovvero da*, ut A templo, ut ab Eccleſia redeo, *lo ritorno dalla Chieſa*, A fronte, & a tergo. Cic. *da vanti, da dietro.* Utimur etiam pro præpoſitione contra, ut Virg. a frigore defendit, *Egli lo difende contra il freddo.* A pro uſque. A tenero, & teneris. Virg. & ab infantia, ab adoleſcentia, ab adoleſcentulo, ab initio ætatis, a parvis, a parvulo, & a parvulis, a puero, & a pueris, a puero parvulo, a prima ætate, a pueritia, a teneris unguiculis, ab incunabulis. Cic. *fin da fanciullo, fin da giovane, fino da' primi giorni, o tempi dell'età noſtra, fin (come ſi dice) da putto.* A calce ad caput. Cicer. de Sen. *Dal fine al principio.* Ab ovo uſque ad mala. Horat. lib. 1. ſerm. Sat. 2. *Dal principio del convito fino al fine.* A primo, Cic. Att. lib. 16. *Dal principio.* A me ſalutem dic. Cic. Att. l. 6. *Salutalo a nome mio o da parte mia.* Et pro poſt, ut A prandio, a cœna, *Dopo deſinare, dopo cena*, & pro verſus. A ſole, Cic. *Verſo il ſole.* Ab aliquo eſſe, Cic. *Tener la protezione d'alcuno*, eſſe ab epiſtolis, Cic. idem. Eſſe a poculis, *Eſſer coppiere*, a libellis, *Maeſtro delle ſuppliche*, a rationibus. *Che attende ai conti.* Ubi notandum eſt hæc omnia eſſe quaſi nomina indeclinabilia, Italice ſervit & dativo, & accuſativo, & ablativo; dativo hoc modo utitur Petr. *A Dio dilletta obbediente ancella*, & apud Dant. *Non foſſe ſtata a Ceſare noverca.* Accuſativo. Petr. *Che mal mio grado a morte mi traſporta*, & apud Dant. *Fard venirli a parlamento.* Ablativo, Dant. *Convienti un poco ancor ſedere a menſa.* A etiam pro in cum verbis ſignificantibus motum ad locum, ut Petr. *E vinta a terra caggia la bugia*, & pro per: ut Petr. *A forza de' venti ſtanco nocchier, i. per forza. A bene, i. per bene. A malizia, i. per malizia.* Et pro ſecundum, ut Petrar. *A poſta d'altri convien, che io vada, i. ſecondo la volontà d'altrui.* A pro ad quid, & quorſum? Petrar. *A che piangi, e ti diſtempri? i. perchè, a che fine, per qual cauſa?* Boccac. *A petto di voi, i. a paragone.*

Aaron Moyſis frater, & interpretatur Mons, ſive Montanus.

A B

A B præpoſitio latina, idem quod a, & ab ea in hoc tantum differens, quod a ponitur ante dictiones incipientes a conſonante aliqua, ab vero ante dictiones incipientes a vocali, aut diphthongo, ut, a prandio, & ejuſmodi. Vide a, & abs, ſuis locis.

Ab, tametſi latina vox eſt, Italici tamen Poetæ utuntur. Petrar. *Or ab eſperto voſtre frodi intendo* & apud Dant. *Che diſceſe da Fieſole ab antico.*

Abacti, magiſtratus, qui coacti deponebant imperium. Feſt. Vide abactus.

Abactor, ris, idem, quod abigens, m. gen. Verbale ab abigo. Apul. *ladro, ovver rubatore di gregge.*

Abactus, tus, m. g. Violenta expulſio, Plin. *Lo ſcacciamento, caſſazione, privazione.*

abactus, cta, ctum, part. ab abigor, pulſus expulſus, electus. De pecore ad prædam actus, ſeu furto, aut per vim abductus, Cic. *Scacciato, caſſo di uffizio, Menato via a forza.* unde Magiſtratus abacti.

abacus, ci, ma. ge. Menſa ſtructoria, vaſorum receptaculum. Cicer. *Deſco, banco, o ſedia, credenza, tavoletta da ſcrivere, cartella.* Item menſa Mathematicorum, & Arithmeticorum, dicta menſa Pythagorica, *Tavola di abaco.* Item tabulæ ſuppoſitæ epiſtyliis columnarum. Vitruv.

abaculus, li, maſc. gen. Plin. *Piccolo banco.* abaculi, *Segni da far conto, detti forlini, o ragionati.*

abagio, onis, maſc. gen. idem quod proverbium, aut adagium, ſeu adagio, *Proverbio*, Varro. Vide adagium.

abalienatus, a, um, Disjunctus. Cic. *Alienato, ſeparato, allontanato, partito dall'amicizia.* Abalienatus ſcelere, Cicero. *Chi ha laſciato il vizio.*

abalieno, as, avi, atum. Alieno, disjungo, rejicio. Cic. de leg agraria. *Alienare, cacciare, ſeparare da ſe, diſpartire, diſgiungere.* Item vendo, Cic. *Vendere.* Item ſeparo, Pla. *Separare*, niſi mors meum animum abs te abalienaverit, ideſt ſeparaverit.

abalienor, naris, vel nare, natus ſum, alienor, disjungor, abjicior, Cicer. *Eſſere alienato, ſeparato, disgiunto.*

alienatio, fœ. gen. Verbale, Cicer. in Topicis, *Alienazione, ſeparazione.*

Abambulantes, ideſt abſcedentes, Feſtus.

† abambulo, las, ambulando retrocedere, *Camminar a dietro ſchena*. Hinc abambulator, oris. *Chi cammina a dietro ſchena*, & ambulatio, is, f. g. receſſus, abſcedendi actus. Feſtus.

abamita, tæ, ex lib. 2. inſtitutionum, *Soprazia, ſorella del noſtro biſavola, o padre grande*.

ab anniti, *Randiri per un' anno*.

ab annitio, *Bando d'un'ann* Sacerdoabanec, Hieron. cingulum Sacerdotale contextum ex cocco purpura, & hyacintho, *Cintura, de' Sacerdoti antichi*.

abaphus, a, um, *Coſa, chenon è tinta*, Græc.

† abarceo, es, *Spinger via, tener molto lontano*. Removeo, propello, detrudo. Feſt.

¶ abarus, latine inacceſſus, ab a privativa, *Inacceſſo, luogo difficile da ſalire*.

abavus, vi, m. g. avi noſtri avus, Cic. de clar. Orat. *Padre del noſtro biſavolo*.

abavia, viæ, fœ. ge. *La Madre del noſtro biſavolo, o Padre grande*.

abavunculus, li, maſc. gen. *Fratello della noſtra biſavola, o Madre grande*.

abax, cis, m. g. *Scodella, o caſſa da riponervi dentro vaſi di vetro o argento, oro, o coſe ſimili*.

abba, dictio Syriaca, idem ſignificat quod Pater, *Padre*. Apoſtolus ſic expoſuit, in quo clamamus abba, Pater.

abbas, tis, m. gen. *abbate*.

abbatia, tiæ, f. ge. *Badia*.

abbatiſſa, f. gen. Hieron. de modo, vivendi, *Abbadeſſa*.

¶ abbrevio, as, are. Veg. lib. 3. mediocritatem abbreviare juſſiſti, *Accorciare, tor via*.

† abdera, ræ, f. g. p. p. Urbis nomen in Thraciæ finibus ſitæ, circa quam enaſcuntur herbuſculæ, quibus depaſti equi perciti rabie ferociunt.

abdico, cas, cavi, catum, care, idem, quod aliquo bono privo, vel ſpolio. Cicero. *Privare di eredità, diſeredare il figliuolo, cacciarlo di caſa*.

† abdicare alicui magiſtratum. Cic. *Rimoverlo d'officio*. Abdicare ſe magiſtratu, Cicer. *Rinunziarlo da ſua poſta*.

abdico, cis, Repudio, rejicio. Cic. lib. 1. de Div. *Laſciare da parte*, eſt etiam verbum augurale, cujus contrarium erat addicere.

abdicatio, onis, f. g. Plin. Verbale. *Rinonziamento del Magiſtrato*.

abditus, ta, tum, particip. ab abdor. Cic. *Naſcoſto, aſcoſto, celato ſecreto, occulto*.

ab dite, adv. occulte, clam, in occulto. Cic. Virg. *Naſcoſtamente, ſegretamente, occultamente, di naſcoſto*.

Abditivus, va, vum, id, Quod adſcondi poteſt, a participio abditus, a, um.

Abdo, dis, didi, ditum, dere, idem quod Occulto, retrudo, abſcondo, abſtrudo. Cic. pro Archia Poeta, *Naſcondere, occultare, celare*, abdere ſe in aliquem locum. Cicer. 2. Tuſc. *Naſconderſi in qualche luogo*, abdere ſe rus, Cic. *Ritirarſi in villa per ſtarne ſolitario*. abdo præterea ſignificat diſcedere, *Partirſi*, Heri ſe abdiderunt, id eſt diſceſſerunt, vel clam ſe proripuerunt. item abdere ſe litteris. Cic. pro Archia, *Attendere alle lettere*. Similiter pro eodem abdere ſe in litteras. ita ſe ſtudendo penitus ab hominum conſpectu, atque frequentia removerunt.

abdor, eris, paſſiv. verbi abdo.

abdomen, minis, pinguedo, in qua renes jacent, & quæ ſpinæ adhæret. Cicer. *Il graſſo attaccato alla ſpina, nella quale giacciono le reni, la pancia, la graſſa, ovver ſongia degli animali*. Item ponitur pro vitio gulæ, unde abdomini indulgere, operam dare, inſervire, *Eſſer goloſo*. Cic.

abduco, cis, xi, ctum, cere, Removeo, aufero, abſtraho, everto, traduco. Cicer. 2. de Fin. & Terent. *Togliere, condurre, o menar via a forza, o per amore*, abducere animum a cogitationibus, Cic. *levar l'animo da' penſieri*. abducere aliquem anequitia, *allontanar alcuno dal mal fare, abducere* ſe a fide. Cic. *Non attender una promiſſione fatta, non oſſervare la fede*.

† abdubito, as, *Dubitar aſſai*.

abductus, ta, tum, part. Val. Max. *Tolto, ritratto per amore, o per forza*.

abducor, eris, citur, paſſivum verbi abduco, cis, avocor, arceor, deducor.

abecedaria tabella. Viv. *Tavola da imparare la Santa Croce*.

abedo, is, vel abes, idem quod exedo, ex ab, & edo, *Mangiare, o conſumare qualche coſa*. Tac. l. 16.

abellina, æ, f. g. unde nuces abellinæ dictæ ab Avellino oppido, idem, quod avellanæ. *Nocciole*.

abella, *Bella ſopra Napoli, nei nomi propri*.

abemo, is, emi, idem quod adimo, *Togliere*, Plaut. & Feſt.

abeo, is, vi, tum, Diſcedo, recedo, evaneſco, & morior. Cic. 4. Acad. *Partire, andar via, ſvanire, morire*. Abire e medio, Ter. *Morire*, abire a jure, Cic. *Partirſi dalla ragione*. Abire in malam crucem, ſive cruciatum. Cic. *Andare (come ſi dice) in mal'ora, ſu le forche*, abire ab aliquo, *partire da alcuno*, a bierunt boni mores, Cic. *I buoni coſtumi ſono ſvaniti*, Cato ſic abiit e vita, Cic. *Catone così è morto*.

aberceo, ces, cui, cere, prohibeo, arceo. Plaut. *Vietare, proibire*.

aberro, ras, ravi, ratum, rare, a recta via diſcedo, recedo. Cic. 5. Tuſc. *Fallare il cammino, o ſtrada, vagare*. Aberrare propoſito, Cic. *Fallare nel ſuo ordine, o proponimento*.

aberrare verbo. Cicer. *Fallar ne' parlamenti*. Oratio tua aberrat a propoſito. Cicer. *Tu vai vagando col tuo parlare*, aberrat animus ſententia, Cic. 7. Philipp. *Non ſtar in un propoſito fermo*, oratio tua aberrat a rei veritate, *Sei diſcoſto dalla verità*.

† Aberuncaſſo, is, *Sconvolgere, confondere, metter ſottoſopra alcuna coſa*, frequentativum a verbo aberunco.

Aberunco, cas, care, vello, & per translationem, averto, depello, & everto. Cic. *Svellere, cacciare*. vide averunco.

Aberuncus, i, m. g. Deus propulſandorum malorum, qui credebatur eſſe Jupiter. vide averuncus.

Aberratio, tionis, f. ge. avocamentum. Cic. C. Caſſio. *Errore, fallo, ſpeſſe vagare*.

Abfore, p. cor. futurum infinitivi pro futurum eſſe. Virg. *Dover eſſer aſſente, dover allontanarſi*.

† Abgrego, as, avi, atum, *Separare, rimuovere, allontanare, diſgregare, diſgiungere*, compoſitum a præpoſit. ab quæ privationem ſignificat, & grego derivatum ab Aggrego, quod ſignificat *Accumulare inſieme*.

Abhinc, adv. temp. Ex hoc die, vel tempore. Cic. *Già è, ovvero ſono, dopo queſto giorno, e tempo*, abhinc duos, & viginti annos mortuus eſt. Cic. *Già ſon ventidue anni ch' egli è morto*.

Abhortatio, is, verbale ab Abhortor, *Eſortazione, perſuaſiva*, exhortatio. Hinc etiam abhortatoris, qui abhortationis officio fungitur.

Abhorreo, res, rui, rere, idem, quod abhorrens ſum, aſpernor, fugio, alienus ſum, diſcrepo. Cic. *Abborrire, ſprezzare, aver a ſchivo*; aliquando conſtruitur cum accuſativo, ut hanc rem abhorreo, ideſt, execror, aliquando cum ablativo, ut ab hac re abhorreo, ideſt alienus ſum.

¶ Abhoreſco, is. Lact. de ira. Et dæmones abhorreſcunt, *inorridire*.

† Abhortor, ris, idem quod exhortor, *Perſuadere, adoperar perſuaſiva con alcuno*.

Abjectio, ctionis, f. g. Rejectio, & ejectio. Cic. in Piſon. *Abiezione, baſſezza*, abjectio animi. Cicer *Perdimento d'animo*.

Abjectus, cta, tum, Demiſſus, humilis, afflictus, contemptus, ſubmiſſus, jacens. Cic. pro Clu. *Sprezzato, abietto, umile, baſſo, colui, del quale non ſi fa conto*.

Abies, pen. cor. abietis, fœ. gen. Pli. *Abete, albero*, cujus pars inferior eſt enodis, & dicitur Sapinus; pars vero ſuperior eſt nodoſa, & ramoſa, & dicitur ſuperna. Plin. & abiegnus adjectivus ex abiete, i, *Coſa di abete arbore*.

Abjectarius, i, m. gen. qui in abiete laborat, *Legnajuolo*.

Abiga, æ, f. g. *Uva moſcata*. Sic dicitur ab abigendo fœtu, quia producite

ducit abortum: aliter dicitur cammepytis.

abigo, is, egi, actum, bigere. Pello, expello, ejicio. Cicer. lib. 1. Tuſc. *Condur via, ſcacciare, o cacciare*. Abigere fœtum. Plin. *Far ſperder una gravida*. Transfertur autem ad res incorporeas: ut abigere ab animo faſtidium, dolorem, moleſtiam, laſſitudinem, ideſt expelliere.

abigeus, gei, ma. gen. & Abactor. Ulp. *Ladro, o rubatore di beſtiame*.

abigeatus, hujus abigeatus, m. gen. Marcell. 47. Digeſt. *Ladroneſſo di animali, l'atto del rubare beſtiami*.

abjicio, cis, jeci, jectum, ere, idem quod Depono, rejicio, relinquo, Cic. Offic. *Gittare, gettare da lontano, gettare per diſpetto, o diſprezzo*, abjicere haſtam. Cic. *Laſciar la battaglia, o confeſſarſi per vinto, o ſuperato*. Abjecit ſe in herbam. Cicer. *Si ha ſteſo nell' erba*.

abjicere ſe, *Avvilirſi*, abjicere ſe alterius ad pedes, Cic. *Inginocchiarſi*. Attribuitur rebus incorporeis, ut abjcere curam, memoriam, ſocordiam, amorem, ideſt removere: abjicere animum, *Diſperarſi*.

ab integro, idem, quod denuo, Cic. 3. Ver. *Di nuovo*.

abitus, tus, m. gen. Verbale, idem quod diſceſſus, receſſus, & profectio, Cicer. 5. Verr. *Partita, partenza, il partirſi, l'andar via*.

abjudico, cas, cavi, catum, Rem alicui ablatam alteri do, & abdico, Cicer. de Or. lib. 2. *Toglier per via giudizio, e darlo ad altri*.

abjugo, as, are, a jugo removeo, Cic. *Scioglier dal giogo*.

abjungo, is, xi, ctum. Removeo, ſeparo. Cic. Att. l. 2. *Diſgiungere, ſcompagnare, ſeparare*.

Abjuro, as, avi, atum. Nego quod debeo, perjuro. Cic. Att. lib. 5. *Spergiurare, negare giurando*.

abjuratus, partic. *Spergiurato uomo*.

abjuratio, f. g. *Spergiuramento*.

ablacto, as, avi, atum. Verbum Eccleſiaſt. *Diſlattare, ſlattare*.

ablaqueo, as, avi, atum, Col. lib. 4. *Slegare, ſciogliere la vite, diſlacciare*. Item terram circa radices arborum effodio, ut melius fructificent, Col. *Diſcalzare*.

ablaqueatus, Particip. *Sciolto, ſlegato*.

ablatus, Partic. ab auferor. Idem quod ereptus, raptus, abreptus, ademptus, Cic. Val. Flac. *Rubato, tolto, portato via*.

ablegmina, num, n. g. plur. Feſtus, partes extorum, quæ diis immolabantur, vide ablegmina.

ablego, as, avi, atum, Amando, Removeo, dimitto, Cic. 4. Verr. Ter. *Mandare in qualche luogo*. hinc ablegatio.

ablegatus. Per. Dimiſſus, *Mandato via*?

Abligurio, ris, rivi, ritum, rire. Ter. Eun. 2. *Conſumare, ſpendere ſconciatamente*.

abloco, as, avi, atum. Suet. *Affittare, dare a pigione, ad affitto*, vide loco.

abludo, dis, ſi, um, diſſimilis ſum. Hor. 2. Serm. Satyr. 2. *Eſſer diſſimile, diſſimigliare*.

abluo, luis, lui, lutum, luere, abſtergo, purgo, Cic. 5. Tuſc. *Lavare, purgare, mondare, nettare*. Abluare maculam, Cic. *Levare una macchia*. abluere autem proprie eſt, rem aqua lavare, & mundare.

abluvium, vii, n. g. Gell. *Diluvio*, vide diluvium.

abmatertera, fem. gen. Juſt. *Sorella dell' arcavola, cioè della terza nonna*.

abmitto, tis, ſi, ſſum, idem quod mitto, verbum rariſſimum. Plaut. *Mandare*.

abnato, as, aliunde narando recedo, *Nuotar indietro*.

abnego, as, avi, atum, are, Virg. & Horat. *Denegare, negare, rifiutare*. Item renuo, nolo, *Ricuſare, non volere*, Virg.

abnepos, potis, m. ge. Sur. *Nipote di noſtro nipote*.

abneptis, tis, f. gen. *Nezza di noſtra nezza*.

abnocto, as, avi, atum. Senec. *Dormire fuor di caſa, ſtar fuori di notte*. Foris pernoctare. *Dormir fuori la notte*.

abnodo, das, davi, datum, Solvo. Hor. & Col. *Snodare, ſciogliere, cacciar i nodi di un legno, ſagliare i nodi degli alberi*.

abnormis, & hoc abnorme. Hor. *Senza regola, e norma, fuor di regola, o di ragione*, vide anormis.

abnuo, nuis, nui, nutum, nuere. Idem, quod nego, & recuſo. Cic. pro Milone. *Negare, o rifiutare, ricuſare, accennare col capo di non volere*. Item impedio, Servius ex 2. Æn. Virg. *Impedire*, abnueram, bello Italiam concarrere Teucris, ideſt impediveram.

abnuto, as, avi, atum, are, ſæpius abnuo. Cice. 3. de Orat. *Ricuſare con ſpeſſi cenni*.

aboleo, les, levi, abolitum, lere, Deleo, tollo, extinguo, Cic. Vir. *Ridur a niente, ſcancellare, annullare, caſſare*. abolere legem, vel magiſtratum. Cic. *Caſſare la legge, o magiſtrato*. Significat item abluo, Lavo, *Lavare*. Virg. 4. Georg.

abolere viſcera, ideſt abluere.

aboleſco, leſcis, levi, leſcere, aboleo, Virg. l. 7. Æne. *annullare, riuſcir in nulla, o in vano*.

abolitus, partic. Delannullatus. Quint. *Annullato, caſſato, ſcancellato*.

abolitio, tionis, f. g. *Annullazione, cancellazione, caſſazione* Abolitio criminis. Quintil. *Cancellazione, remiſſione di colpa, o peccato*.

abolla, æ, f. g. vel erat veſtis Senatoria bullata, vel diplois Scholaſtica, aut veſtis militaris ex Juvenale.

Abomaſum, i, n. g. compoſitum exab, & omaſum, idem, quod omaſum, vel ea pars inteſtinorum quæ appellatur reticulum, aut alia Pars ei vicina. Hermolaus Barb.

abominor, aris, atus ſum, ari. Pl. verbum non in uſu poſitum, pro quo latine dicimus, adverſus ſum *Abbominare, ſprezzare, aver in odio*.

abominandus, da, dum, odioſus Quint. *odioſo, abbominevole*.

abominatio, nis, f. gen. *Abbominazione*, & abominatus, partic. Hor. in Epodis, *abbominato*.

† abominoſus plenus abominatione, Dion. lib. 2. *Pieno di abbominazione*.

aborior, riris, vel reris, ortus ſum, aborrum facere, Gell. *Diſperdere, partorire avanti il termine*. Attribuitur cum fœtui, tum matri, fœtus enim dicitur aboriri, ideſt naſci ante debitum tempus, marer vero dicitur aboriri, ideſt abortum facere.

aboritur vox, Luc. *La voce manca*.

abortivus, adject. Suetonius. *Sconciamento*.

aborſus, us, ma. gen. idem, quod abortus, ſed cum nonnulla differentia. ut abortus ſit paulo poſt conceptum, aborſus vero paulo ante tempus pariendi, *Sconciatura*.

abortus, tus, m. ge. & abortio, f. g. & abortivus adjectivum, intempeſtivus ortus, Cic. Att. lib. 4. *Diſperdere, ſconciatura, il porto accerbo*.

abpatruus, trui, m. gen. abavi, & proavi frater, Juſtin. *Quinto avolo*.

abrado, dis, raſi, raſum, dere. & metaphorice Aufero, & ſubripio. Col. lib. 3. Lucret. & Ter. *Radere ſu'l vivo ſu la radice, portar via, rubare*,

Abram, nomen primi Patriarchæ, quod latine pater excelſus interpretatur. Sed Abraham pro quo etiam Latini dicunt Abrahamus, cum H, dictus eſt poſt promiſſionem, & latine interpretatur Pater multarum gentium, quaſi ab rab, ham, in Hebræo.

† ab re, & abs re. *Fuor di propoſito*. Non abs re dixerim, *Non dico, nè parlo fuor di ragione*.

† ab re tua, *Senza tua utilità, fuor di tuo intereſſe*, ſicut oppoſitum de notat, in re tua, pro re tua, *Per tuo utile, e comodo*.

abreptus, pta, ptum, particip. ab abripio, idem, quod raptus. Cic. *Rubato, o preſo a forza*.

abripio, ripis, ripui, reptum, ripere, ut abſtraho, & aufero. Cic. lib. 1. Offic. *Rapire, rubare, condur via a forza*.

abrodo, dis, ſi, ſum, dere, Plin. *Rodere. conſumare*.

abrogo, gas, gavi, gatum, gare,

adimo, abdico, rescindo, dissolvo, irritum facio, privo. Cicer. 3. Offic. *Annullare, cassare, annichilare, scancellare, privare, togliere il vigore.* Legem abrogare. Cicero. *Annullare, o cassare una legge.* Eidem homini abrogare. Cic. *Levare il credito di un' uomo.*

Abrogatio, nis, fg. ge. Cicer. ad Att. lib. 3. *Annullazione, cassamento.*

abrotonum, ni, n. g. & abrotonus, m. g. Strab. & Pli. *L'erba abrotano.*

abrotomites, tæ, m. ge. Colum. *Vino di abrotano.*

abrumpo, pis, upi, ruptum. Libero, incido, interrumpo, avello, perrumpo. Cicer. Philipp. 4. *Interrompere, rompere cosa, che sia tenuta con un' altra.*

abrumpere otium, Plin. interrumpere. Sic abrumpere vitam, idest finire. Virg. abrumpo etiam significat, liberare se ab aliquo, *Liberarsi*, Cic. hæc legio abrupit se latrocinio Antonii, idest liberavit se.

abruptus, Particip. *Rotto, spezzato, troncato, fracassato.* Unde loca dicuntur abrupta, idest invia, seu salebrosa, *Rovine.* Sanctus Hieronymus.

abruptio, tionis, f. g. Cicer. de Divin. lib. 2. *Rompimento, rottura.*

abrupte, Adverb. qualitatis, ut abrupte orationem incipere. Quint. l. 3. c. 10. *Il cominciare un' orazione senza proemio alcuno.*

abs, præpositio serviens ablativo casui, idem significans, quod A, & ab. *Cioè dal, o dallo.* Sed ab eis in hoc differens, quod ponitur ante dictiones, quæ incipiunt a vocali, aut diphthongo, & ante consonantes, t. & q. ut abs te, abs quoliber homine.

absalon, interpretatur pater pacis.

ascedo, scedis, sceſſi, sceſſum, idem, quod abeo, discedo, & recedo. Cice. 2. de Divin. *Andarsene, partirsi*, vires abscedunt, *Le forze mancano.*

Abscessus, sus, ma. gen. ut discessus, discessio, abscessio, Cic. *Partita, partenza, lontananza*, abscessus, Celsus, *Apostema.* abscessio, nis, f. g. vide abscessus.

Abscido, dis, pen. product. idem, quod abscindo, Ovidius. *Tagliare, troncare.* Compositum ex cædo, mutando æ, in i.

Abscindo, dis, di, abscissum. Lacero, discindo, amputo, Cice. *Tagliare, troncare.*

Abscissus, participp. ab Abscindor. Recisus, Laceratus, amputatus, Cicer. *Tagliato, troncato.*

Abscisio, onis, & præcisio, Cicero. *Troncamento, tagliamento, incisione.*

Abscondite, Adverb. qualit. abdite, clam. Cic. *Di nascosto, occultamente celatamente, secretamente.*

Abscondo, dis, di, ditum, dere. Occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, Cic. 3. de Finibus, & Virg. *Ascondere, occultare, celare.*

Absconditus, particip. Reconditus, abstrusus, Cic. *Nascosto, occultato, celato.*

absens, particip. Ter. *Assente, lontano, e absente.* Cujus ablativus absente usurpatur adverbialiter, aut tanquam præpositio apud Ter. cum dicit, absente nobis.

absentia, tiæ, f. ge. Discessus, Cic. *Lontananza, assenzia, absenzia, assenza, e absenza.*

absento, tas, tavi, tatum, tare, Claud. *Assentare, allontanare.*

absilio, lis, lii, litum, ex ab, & salio, Lucr. *Saltar in dietro.*

absimilis, & hoc absimile, dissimilis, differens, Plin. *Dissimile, Differente.*

absinthium, vide absynthium, *Assenzio erba.*

absis, sidis, fœ. gen. Plin. *Piegatura ne' volti delle case, e della ruota, cioè il legno sopra le ruote, che tiene le scale, e nel quale si figgono i raggi.*

absisto, stis, stiti, absistere, Virgil. Plin. *Formare, cessare, ritirarsi da una impresa.* bello absistere. *Ritirarsi da far guerra.* In cœpto absistere, *Ritirarsi da un' impresa com incominciata.*

absistitur, impersonale passivum, Livius, *Si ferma, si lascia*, construitur cum ablativo, ut absistitur bello, *Ogn' uno si ritira dalla guerra.*

absolvo, solvis, solvi, solutum. Reficio, conficio, finio, solvo, & ad exitum perduco. Cicer. 3. Ver. *Assolvere, liberare, finire.* absolvere aliquid, Cic. *Finire, o por fine ad alcuna cosa.* Uno verbo absolvam. Plaut. *Fornirò in una parola, o brevemente.* absolvere opus. Cic. 3. Offic. *Compire, finire un' opera, o azione.* Sic absolvere creditorem, *Pagarlo.* significat item libero *Liberare.* Ubi observandum, aliquando construi cum ablativo casu, ut absolvi suspicione regni affectati, aliquando vero cum genit. Cic. Judex absolverat injuriæ. Præterea significat expedio. *Espedire.* Plaut. Te brevi absolvam, i. expediam.

Absolute, adverb. qualit. perfecte, Cic. 3. de Finibus, *Perfettamente, compitamente.*

Absolutio, tionis, f. g. Verbale, perfectio, Cic. pro Pomp. *Assoluzione, perfezione, perdono.*

Absolutus, particip. & nomen Adject. perfectus, Cic. 1. Acad. *Assoluto, perfetto*, Vita beata, & absoluta, Cic. *Vita beata, perfetta.*

Absoluta constitutio Juridicialis apud Cic. & rhetores est, in qua clare continetur quæstio recti, & non recti, Cic. 8. de inventione.

Absonus, na, num, pen. cor. privatus sono, e male sonans, Cic. 1. de orat. *Fuor di suono, discordante.* Absonus clamor. Apul. *Grido sconcio, e discordante.* Nihil fidei absonum erat. Liv. *Nessuna cosa era incredibile.*

Absorbeo, bes, bui, & psi, orptum, bere, absumo, rapio, vel exhaurio, Cic. 2. de legib. *Sorbire, tracannare.*

Absque præpositio serviens ablat. Idem est, quod sine, Cic. & Ter. *Senza.* Absque eo recte mihi providissem. Ter. *Senza di lui mi avrei proveduto.*

abstemius, mia, mium, qui vino abstinet. Ovid. & Quint. *Chi non beve vino*, a temeto dictum, quod veteres dicebant pro mero, seu vino.

abstergo, gis, ersi, ersum, Deleo, & diluo. Plin. *Asciugare, nettare, rimovere, purgare.*

Abstergeo, ges, si, gere, abstergo, ægritudinem, flerum, luctum, merum, molestias abstergere, Cic. 3. Tusc. *Nettare, purgare, asciugare, rimovere infermità, travagli, o molestia.*

Absterreo, terres, terrui, terrirum, Deterreo, Ter. & Cicer. 4. Verr. *Spaventare, sbigottire, sgomentare, rimovere.*

Absterritus, particip. Liv. lib. 5. *Spaventato, sbigottito.*

Abstineo, nes, nui, tentum, stinere, Cohibeo, Tempero, contineo, Cic. 4. Acad. *Astenersi, guardarsi.* Armis abstinere. Cic. *Astenersi, ritirarsi dall' arme*, rebus alienis abstinere, *Astenersi dalla roba altrui.*

Abstinere manum ab aliquo, Cicer. *Ritenersi di dare la morte ad alcuno.*

Abstinentia, tiæ, fæ. gen. Modestia, continentia. Cic. *Astinenza, modestia, continenza.*

Abstinenter, Adverb. qualit. Temperanter, moderate. Cic. *Temperatamente, moderatamente, astinentemente.*

Abstinens, Particip. Contentus suo, temperatus, modestus, continens, Cic. Attico. *Astinente, temperato, modesto.*

† Abstorqueo, es *Levare con impito.* Abstorsit ex hostis manibus ensem. *Levò con furia la spada dalle mani del nemico.*

¶ Abstractum, ab abstraho fit. *Astratto.*

¶ Abstringo, gis, xi. Solvo, Liv. *Sciogliere, dislegare.*

Abstraho, trahis, traxi tractum, abripio, avello, avoco, abduco. Cic. l. 1. Tusc. *Spiccare, tirare per forza, o per inganno.*

Abstrudo, is, si, sum, dere, idem quod abscondo, licet Servius dixerit abstrudere esse naturæ opus, abscondere vero artis. Virg. *Nascondere, occultare.*

Abstrusus, Particip. Abditus, reconditus, abductus, Cicer. *Nascosto, nascoso.*

Absumedo, dinis, fæ. gen. Consumptio. Plaut. *Consumamento.*

Absum, es, fui. Remotus sum, aut disjunctus, Cic. 2. de Nat. Deor. *Essere assente, lontano.*

Abesse propius a morte, Cic. de senect. *Essere più vicino alla morte*, culpa

pa a me abest, C. *io son innocente.*

absumo, mis, sumpsi, sumptum, consumo, contero, conficio, perdo, C. Quint. *consumare del tutto.* absumunt aquæ campos. C. *Le acque inondano le campagne.*

† absumptio, is, fæ. g. a verbo absumo, *il consumare, ridur al niente*, ut divitiarum absumptio.

absurdus, da, dum, Dispar, diversus.

absurde, adver. qualit. inepte, inique, turpiter, nefarie. C. 2 de finibus. *Sconciamente, sozzamente.*

absynthium, thii, n. g. Pl. *absintio.*

† absyrtus, nomen proprium fratris Medeæ, & Circes, quem, cum Medeam fugiente comitaretur, hosque ambos Oeta Rex eodem persequeretur itinere, eadem soror Medea, quo regem remoraretur, medium scidit, & membratim cæsum per arva diffudit.

abhorrens, odiosus, iniquus, turpis, ineptus, fatuus. Cic. 3. de Orat. *Sconvenevole, inconveniente, brutto*

absurda loqui, *dir cose impertinenti, sconvenevoli, o male a proposito.*

abundo, das, davi, datum, affluo, Redundo, circumfluo, C. *abbondare, aver copia*, re aliqua abundare, C. *abbondare di qualche cosa*, abundare amore. Ter. *Esser innamorato sopra modo.* abundare otio, C. *aver assai d' ozio, e comodità di far qualche cosa.* Construitur cum ablativo, vel genitivo, sed potius cum ablativo.

abundans, antis, adject. Affluens, circumfluens, copiosus, Cic. *abbondante, copioso.* Lactis abundans, Vir. *abbondante di latte.* Otio, & studio abundans, C. *abbondante di ozio, chi ha tempo di studiare.*

abundantia, æ, fæ. ge. Numerus, copia, vis, ubertas, affluentia, & magnitudo rerum, Cic. *abbondanzia, copia, abbondanza.*

abundanter, Adv. qualit. affluenter, abunde, profluenter, redundanter, plena manu, magna copia, satis, copiose, large, largiter, C. *abbondantemente, in abbondanza, copiosamente.*

abunde, *abbondantemente.*

† abvolo, as, avi, tum, abscedere volando, *Volar via da qualche luogo.*

† abusio, is, Verbale, a verbo abutor. *abusò, il servirsi male di alcuna cosa*, abusus, sus.

¶ abusque, adverb. modo tempus, modo locum significans. Pl. *infino.*

† abustum, ti. Quod circa circum exustum est, *abbrugiato attorno attorno.*

abusus, hujus abusus, mas. g. C. *Uso contrario al bene, consumamento, tristo governo.*

abutor, teris, vel tere, busus sum, Non recte, aut non ut convenit, utor. Ter. *Mal usare, governar male, consumare.* Divitiis abuti, *Usar male le ricchezze.* abuti nomine alieno suos questus, C. *Servirsi mal-*

amente dell' altrui nome a suo guadagno. abuti tempore, Cic. *Usar male il tempo, perdere il tempo.* abuti patientia, clementia, mansuetudine alterius, Cic. *Usar male la pazienza d' alcuno.*

† abydus, p. p. fæm. gen. Urbs quædam Asiæ in introitu Helles ponti sita.

abydænus, a, um, qui abydi ortum sortitus est.

¶ abyla, mons excelsus Mauritaniæ, Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis columnas dicunt.

abyssus, si, f. gen. *abisso, baratro, profondità.* Fanum erat Proserpinæ, in quo perpetuo magna vis intacti auri erat abdita sub terra.

A C

AC, conjunctio copulativa, idem, quod Et, atque, item, itidem, necnon. Cic. e, ed.

academia, æ, penultima interdum producta, interdum correpta, Gymnasium, C. *Luogo vicino ad arene, dove concorrevano i filosofi; o ogni Università, o luogo, ovesi studia.*

academici vero dicuntur sapientes academiarum, Cic. *accademici, o una setta, o sorta di Filosofi chiamati academici, o platonici, dei quali ne furon due sorte, d' antichi, e di nuovi.*

† academus, mi, academiæ auctor, & institutor, *autore di accademia.*

† acamantis, dis, Insulæ nomen proprium, quæ aliter nuncupatur Cyprus a cypro arbore odoratissime fragrante. Hæc arbor in Italia Ligustrum dicitur.

† acanthis, idis, avis stridula suavissime modulans: appellatur etiam Carduelis, quod se pascat, ac nutriat carduis, aliisque herbis senticosis.

¶ acanthus puer in florem sui nominis conversus, *il fiore acanto.* Virg.

¶ acatalepton, vox græca, quod comprehendi non potest: sic interpretatur Cic.

† acapnisum, genus quoddam mellis dulcioris, quod idcirco ita appellatur, quia videlicet absque fumo purgatum est.

accedo, dis, cessi, cessum, adeo, appropinquo, venio, & propinquo, advenio, C. *accostarsi, avvicinarsi, farsi appresso, e consentire.* ad fores accedere, Tere. *approssimarsi alla porta.*

accelero, ras, ravi, ratum, rare, Maturo, celero, propero, celeritatem adhibeo. C. *andar in fretta, affrettarsi.*

acceleratio, tionis, Festinatio. C. *affrettamento, prestezza.*

accelum oppidum, *azolo di Trivigiana.*

accendo, dis, di, sum, ere, Inflammo, illumino, illustro, C. *allumare, accendere.* Ignem accendere, Virg. *accendere il fuoco*, attribuitur animo, & significat stimulo, incito, Virg. *instigare*, accendere animos juvenum ad virtutem, *instigare i giovani alla virtù.*

accensus, sa, sum. incensus, ardens, flagrans, C. *acceso, ardente, infocato.*

accensus, si, subst antivum, m. g. C. Pl. Fest. *Soldato scritto in luogo di un' altro morto, ovvero comandatore.*

accentus tus, ma. g. *accento, che significa il levare, o abbassare la sillaba.*

acceptio, tionis, fœm. gen. accipiendi actio, C. *Ricevere, ricevuta, o ricevimento.*

acceptor, toris, m. g. *accettatore, chi piglia, o riceve.*

accepto, tas, tavi, tatum, tare, Pl. *accettare spesso.*

acceptus, adject. ab accipior. C. *accettato, ammesso.* Maxime plebi acceptus erat. Cæs. *grato sommamente alla plebe.* acceptum ferre. C. *confessare il ricevuto.* acceptum referre, idem. Vel est in tabulas referre, quod acceptum est, C. *far ricevuta.* contra ferre expensum, est illud scribere, quod dederis, Cic.

accersio, sis, sivi, situm, sire. Idem, quod advoco, adsciſco, invito, C. *chiamare, citare in giudizio.* aliquem accersire capite, Cic. *accusar alcuno, dove vi vada la vita.* cum significat accusare, construitur cum genitivo rei, vel ablativo mediante præpositione, de, sicut reliqua verba accusandi.

accersio, is, idem, quod accersio, is, accersitus, participp. Vocatus, convocatus, invitatus, C. *chiamato, citato.*

accersitus, tus, masc. gen. Cic. *citazione.*

accersitor, toris, m. g. Pl. *chiamatore, che cita.*

accessio, onis, f. ge. Incrementum, adjectio, accessus Cic. *aumento, giunta, accrescimento.*

accessus, sus, ma. ge. appropinquatio, accessio, adventus, C. *Venuta, andata, il venire, l' avvicinarsi, giunta, arrivo.*

accidens, accidentis, neutrius generis, Quint. *accidente contrario alla sostanza.* item aliquando accipitur pro circumstantia rei, *Le circostanze*, ut sunt locus, tempus, & similia.

accidens, partic. *chi si inginocchia a' piedi d' alcuno.*

accido, dis, di, cidere, ex ad, & cado. Cic. *Umiliarsi, gettarsi a piedi, o a terra dinanzi ad alcuno*, accido vero ex ad, & cædo significat *Tagliare, estenuare, scarnare, assottigliare.*

Accidit, impersonale, Cic. *Accadere, occorrere, accascare.*
Accieo, cies, civi, citum, compositum ex ad, & cieo, idem, quod accerso, & venire jubeo, Cic. *Chiamare, citare.*
† Accinctus, a, um, Partic. ab accingo, is, *Cinto d' intorno.*
Accingo, gis, xi, ctum, *Apparecchiarsi, mettersi all'ordine*, accingere se operi. Virg. *Apparecchiarsi ad un' opera.*
Accino, is, inui, entum, ere, ad aliud cano, aut cum alio cano, item vocem attollo, aut deprimo, unde accentus, de quo supra.
Accio, cis, civi, citum. Vide accieo.
Accitus, Partic. Vide accersitus.
Accitus, tus, substant. m. g. Cic. *Comandamento, citazione.*
Accipio, pis, cepi, ptum, pere, capio, recipio, & suscipio. *Accettare, ricevere, pigliare, udire, sorbire, intendere, conoscere, comprendere*, accipere item significat, audire. Hæc accepi a majoribus meis, C. *Ho inteso questo da' miei maggiori.* accipere aliquem regio apparatu. C. *Accettare uno con apparecchio regale, trattarlo da Re.* accipere nomen militis, C. *Ricever alla mostra*, mutuum accipere, *Pigliare in prestito*, verba alicujus perverse accipere. C. *Glosar malamente.* accipio item significat tracto. *Trattare.* Ter. indignis sum acceptus modis. *Sono stato trattato indegnamente da lui.*
Accipiter, pitris, m. g. *Sparviere, falcone, uccello di rapina.*
Acciamo, mas, mavi, matum, mare, Cic. *Chiamare, gridare insieme a favore, o biasimo di alcuno*, acclamare alicui, Cic. *Levare grido favorevole con molti.*
Acclamatio, nis, f. g. Verbale, C. *grido di molti per favorire.*
Acclamito, tas, tavi, tatum, tare, frequent. Plaut. *gridare spesso per favorire.*
Acclino, nas, navi, natum, nare. Ov. *Piegarsi, chinarsi, inchinarsi, abbassarsi a far riverenza, o onore.*
Acclivis, & hoc acclive. Arduus, Cic. *erto, luogo aprico, che alquanto sa va alzando.*
Acclivus, va, vum. Vide acclivis.
Acclivitas, tatis, f. g. Cæs. *elevatura leggiera di monte.*
Accolo, lis, lui, Pl. Liv. *Abitare, o istanziare vicino*, qui Hetruscum mare, quique Tiberim accolunt. Liv. *Chi abitano appresso il mare Toscano, e quelli che abitano appresso il Tevere.*
Accola, læ, g. com. Liv. *Abitatore da presso, vicino.*
Accommodo, das, davi, datum, dare, adapto, apto, refero, comodo, colloco, Cic. *Adattare, adagiare, acconciare, accomodare, far riuscire una cosa in proposito, accommodare se ad Rempub.* C. *Accomodarsi al governo publico*, accommodare animum litteris, *Applicare l' anima alle lettere, disporsi a studiare*, accommodare se tempori, est se secundum tempus regere, *Accomodarsi al tempo.* Accommodare se ingeniis aliorum, *Accomodarsi alla natura d' altri.*
Accommodatus, ta, tum, Partic. Aptus, congruens, Cæs. *acconcio, appropriato, adattato, agiato.*
Accommodatio, tionis, f. gene. Conveniens, decens, aptaque dispositio. Cic. *appropriamento, accomodamento, attitudine.*
Accommode, apte, convenienter, adverbium qualit. C. *agiatamente, acconciamente, convenevolmente.*
Accommodus, da, dum, Virg. *comodo, accomodo, acconcio, agiato*
Accommode, vide accommodate.
Accredo, dis, didi, ditum, dere, Colum. *accon sentire, consentire, acchetarsi all' altrui parere.*
Accreduo, is, *consentire*, Plaut. verbum antiquum.
Accresco, is, evi, tum, scere. Idem quod cresco, *crescere, aumentarsi.* vide cresco, & accumulo.
Accretio, tionis, f. g. amplificatio, augmentum. *aumento, crescimento.*
Accrementum, ti, ne. g. Pl. *accrescimento, aumento.*
† Accubitor, ris, *Chi siede a tavola*, unde Accubitrix, cis, f. g. *Donna che siede a tavola.*
Accubo, bas, bavi, batum, bare, accumbere, Cubare, & discumbere. Virg. *giacere, sedere appresso.*
Accubatio, nis, Cicero. *Il sedere a tavola.*
Accubitum, i, n. g. idem quod accubitus, lectus, *Letto.* Lampridius in Commodo.
Accubitus, tus, m. g. Pl. *lostar in giù, il giacere.*
Accudo, dis, di, sum, dere. Pl. *Battere, lavorare di martello.*
Accumbo, bis, bui, bitum, bere, *giacere appresso.*
Accumulo, las, lavi, latum, lare. augeo, adaugeo, congero, exaggero, construo, coacervo. Cic. *ammassare, accumulare.*
Accumulatio, tionis, fœm. gen. Verbal. Pl. *ammassamento, accumulazione.*
Accuro, ras, ravi, ratum, rare, Diligenter curo. Ter. *Pensare dell' avvenire, curare accortamente, o con accortezza, operare accortamente.*
Accuratus, ta, tum, Meditatus, exquisitus. Cic. *accorto, diligente.* accuratum, & exquisitam dicendi genus, Cic. *Un modo di parlare esquisito.* Disputatio accurata. *Una disputa diligente.*
Accurate, Adverb. qualit. Diligenter, studiose, exquisite. *accortamente, con diligenza.* Accurate aliquid explicare. *Dichiarare qualche cosa con diligenza.*
Accuratio, nis, fe. g. verbale Studium, diligentia, cura, C. *accortezza, diligenza, e studio.*
Accurro, ris, ri, sum, ad aliquem curro, aliquo contendo, advolo me confero. Cic. *Correr all' incontra, e correr unitamente.*
Accusa, sas, savi, satum, sare, causam, vel culpam in aliquem confero, vel transfero, postulo, insimulo, arguo, compello, appello, criminor, in crimen voco. Cic. *accusare.* accusare inertiam alicujus. Cic. *Biasimare, o riprendere la poltroneria altrui.* Solet autem sic dici, accuso te illi, apud illum, aut coram illo, sceleris, aut de scelere.
Accusativus, a, um, quod vim accusandi habet: casus accusativus, quia per hunc vel accusamus, vel laudamus.
Accusatio, tionis, f. g. Incusatio, nominis delatio, Cic. *accusa, querela, biasimo.*
Accusator, toris, ori, m. g. Verbal. Cic. *accusatore, querelante.*
Accusatrix, tricis, f. g. *accusatrice, femmina querelante.*
Accusabilis, & hoc accusabile, accusatione, aut castigatione dignus. C. *Degno di accusa, o riprensione.*
Accusatorius, ria, rium, Cic. *degno di esser accusato, o ripreso.*
Accusatorie, adverb. accusatorum more, Cic. *a forma di accusatore.*
Accidia, diæ, f. g. *accidia, poltroneria, pigrizia.*
¶ Acelum, oppidum creditur in Taurisco agro. *Asola Trivisana.*
¶ Acedia, vox græca, Latine pigritia, tristitia, tædium.
¶ Acedum, urbs Venetiæ meditera, quæ nunc *Ceneda.*
Aceo, ces, cui, cere, Ca. *divenir agro, agrirsi.* Vinum acere dicitur, cum in acetum vertitur.
Acer, aceris, neut. gen. Pl. *acero albero.*
Acernus, Adjectiv. Vit. *di acero, albero.*
Acer, hæc acris, hoc acre, vehemens, acutus, ingens. Cic. *aspro, brusco, garbo.* animus acer, & præsens. Cic. *animo generoso, pronto.* Judicium acre. Cic. *giudizio buono, considerato.* Item acer ponitur pro forti. *Forte.* Vir. item pro veloci. *Veloce.* Vir. acri gaudet equo, idest veloci, & celeri. Item pro diligenti, *diligente.* Idē 2. Georg. item pro severo, crudeli, *Severo, crudele.* Cic. Inimicus acerrimus. Sic animadversores acres, idest severi, rigorosi, duri: acrior, & acerrimus, gradus compar. & superlat. *Più aspro, e molto aspro,*
Acerbus, ba, bum. Austerus, habens acerbitatem, gravis, calamitosus. Cic. *acerbo, aspro,* homo acerbus, Cic. *uomo da non conversare.*

Acerbum funus, *morte acerba, dura da sopportare.*
Acerbitas, tatis, f. g. Cic. *acerbità, l' essere crudo, non maturo, o avanti la sua stagione.*
Acerbitas animi. Cic. *afflizione d' animo, dolor estremo.*
Acerbo, bas, bavi, batum, bare, Virg. *inacerbire, esacerbare, aggravare le cose.*
Acerbe, adv. qualit. aspere. Cic. *aspramente, rigorosamente, duramente.*
Acerbius, durius, magis acerbe, adv. comparandi, ab acerbe, Cic. *più aspramente, e rigorosamente, con maggior acerbità.*
Acerra, æ, f. g. Arcula thuraria, Martial. *il turibolo da incensare, o la cassetta dell' incenso.* A pud alios, *navicella.* item patera, in qua libabant.
Acerrimus, a, um. Cic. superl. ab acer. Vide suo loco, *molto aspro, forte, veemente, crudele, fiero.*
Acerrime, adverb. vehementissime. Cic. *con veemenza, acutamente, fieramente.*
Acervus, vi, m. gen. cumulus. Cic. *mucchio, cumulo, massa, monte, catasta.*
Acervatim, adv. quantit. summatim. Cic. *a mucchio, accumulatamente,*
Acervo, as, *ammassare, accumulare.*
Acervatio, tionis, fœ. g. verb. Pl. *ammassamento, ammucchiamento.*
Aceris, ceris, fœm. gen. Plin. *Ora huc, erba.*
Acetabulum, li, neut. gener. Plin. *vaso da aceto, un vaso picciolo, che contiene aceto.*
Acetabula in corporibus. Plin. *muscoli circa i quali si muovono l'ossa.* acetabula in polypis, & cancris sunt eorum pollices, & tibiæ, quibus res apprehendunt.
Acetarium, rii, neut. gen. Vives. Plin. *cosa composta in aceto, salata, o insalata.*
Acetum, ti, neutr. gener. Plin. *aceto.*
† Achæi, orum, populi accolæ Ponti. Achelous, idest flumen, a Pindo monte effluens, & d irimens Arcadiam ab Ætolia. Achelous, a, um, a flumine Acheloo, de quo Virg. l. 1. Georg. Poculaque inventis Acheloia miscuit undis.
Acheron, tis, *uno dei tre fiumi dell' Inferno*, sic dictus, quod expers sit lætitiæ.
Acheronticus, a, um, & Acherusius, a, um, pro eodem, *cosa, che appartiene all' Acheronte.* Virg.
Acicula, læ, fœm. gen. parvus acus, *ago picciolo.*
Acicula fibulæ. Vives, *ferretto da stringa,*
‡ Acidalis, le gen. omnis, ex fonte Acidalio, unde Venus Acidalia dicitur, quia afferr sollicitudines, curisque afficit. Etiam acidalius, ia, ium.
Acidula, ea dicuntur, quæ subacidum saporem servant, ut acidula pyra.
Acidus, da, dum, quod acetum factum est. Col. *cosa divenuta forte, acetosa, ed agra.*
Acies, ciei, fœmin. gen. acumen, pro prie pars acuta ferri ad secandum, & pro visione etiam oculorum capitur. Cic. *il taglio, punta di coltello, o spada, acutezza della vista dell'occhio, sottigliezza d, ingegno, e ordinanza, o squadra di soldati.* Ingenii acies. Cic. *sottigliezza d'ingegno.* Oculorum acies. Cic. *pupille dell' occhio.* Militum Gallorum acies. Cic. *squadra, o esercito Francese.* acies instructa ad prælandum, *la squadra apparecchiata a combattere.*
Acinax, cis, m. gen. Hor. *spada detta scimitarra.*
Acinaceus, nacea, naceum. Ulpian. *pieno di graspe, e di acqua.*
Acinaticium vinum, quod ex acinis musto expresso, & addita aqua conficitur. Ulpianus, *vino detto acquarello*, a latinis lora vel lorea dicitur.
Acinosus, adject. Plin. *pieno di grani, granelloso*
Acinus, ni, mas. gen. & acinum, neutr. gen. grani semen, *granello, specialmente di uva, ed un' erba detta acino.*
Acipenser, & aquipenser. Plin. *una sorte di pesce con le scaglie verso la testa.*
Aclasis, is, tunica, quæ non est consura ab humeris,
Aclis, dis, f. g. Virg. *foggia antica di dardo.*
Acmorhetum, ti, n. g. Virg. *quel tronco, sopra il quale posa l' incudine.*
Acnus, idem, quod incus, *incudine*, & Pet. *incude.*
Acolastus, ti mas. gen. *consumatore, prodigo, che sconciamente spende.* Vox Græca. Budæus existimat proprie significare protervum & qui sibi circa libidines temperare non potest. Homo acolastus. Gell. lib. 7. c. 11.
Acolytus, ti, m. g. *Acolito, uno de' quattro Ordini minori, che si ministrano ne' divini offizj. Voce ecclesiast.*
Aconitum, ti, n. g. Ovid. *veleno potentissimo.* Vox Greca.
Acontiæ, arum, stellæ crinitæ seu cometæ. *Comete.* Pl. Græca vox.
Acopa, porum, n. g. medicina. Pl. *medicina da ristorar gli stanchi.*
Acopus, pi, f. g. Pl. *erba*, & acopis, *una gemma.*
Acorna, næ, vel acarna, f. g. Pl. *Garza.*
Acorus, ri, masc. geni five acorum, n. g. Pl. *erba nominata gladiolo.*
Acor, coris. Colum. lib. 3. *acuità, asprezza, fastidità.*
Acquiesco, scis, evi, tum, quiesco, & mihi requies est. Cic. *riposare, acconsentire*, ut acquiescere sententiæ alicujus: item delector, *dilettarsi*, Cic. Dolor acquievit, *il dolore è passato,*
Acquiro, ris, sivi, situm, rere. Comparo, concilio, adjungo, paro, adipiscor, consequor. Cic. *acquistare, guadagnare.*
Acrorophorum, ri, n. g. Cic. *orciuolo, vaso picciolo.*
Acredula, læ, f. gen. Cic. *lusignuolo, uccellino.*
Acrimonia, niæ, f. g. animi vis, aut impetus. Cic. *asprezza, dolore aspro, pungente, ed acuto.* acrimonia in oratione. C. *vivacità, veemenza di parlare.*
Acritas, tatis, f. g. Gel. *asprezza.*
Acritudo, dinis, f. g. Vitr. *agrezza.*
Acriter, adv. qual. acri animo, vehementer, fortiter. Cic. *fortemente, fieramente, con veemenza.*
Acrirer intelligere. C. *intender profondamente, con sottigliezza.* acerrime agere aliquid. Cic. *operar con veemenza.*
¶ Acroceria, orum, dicuntur pinnacula in summitate ædificiorum prominentia, *cuba, o cima di qualche edifizio.*
Acroama, matis, n. g. Cic. *sentenza sottile, e rigorosa, e pigliasi per una picciola, o breve narrazione, dottrina difficile*, unde alii libri Aristotelis dicti sunt acroamatici, qui erant difficiliores, & alii exotici, qui faciliores.
Acroasis, f. gen. Cic. *udittorio, udienza.*
Acrorodon, onis, f. g. Cels. *brusco o bugnone.*
Acrodyra, dyrorum, ne. gen. Cajus. *frutti di gusci a du acome noce.*
Ac si, idem quod, Ut si, tamquam si. Cic. *come se.*
Acta, ctæ, f. g. Vir. *lido, riva del mare.*
Actæus, a, um, *cosa che appartiene al lido*, littoreus. Virg. item Athenienfis, *della città d' Atene,*
¶ Acrocordones, *porri, che nascon su le mani.*
¶ Actæon, cum æ dipthongo, Aristæi filius a Diana in cervum conversus, & a suis canibus dilaceratus. Ovid. *Atteone.*
Acta, orum, n. g. pl. n. Cic. *atti publici registrati.*
Acta, quæ per singulos dies registrantur, dicta sunt diaria, seu ephemerides: quę per menses, Kalēdaria: quę per singulos annos, annales: vide hęc singula suis locis,
Actio, nis, fœ. ge. ab ago, Factum, ausus, actus, negotium. Cic. *azione, negozio*, Dare actionem alicui. Cic. *dar quālche negozio, o impresa da fare ad alcuno.* Brevis, & concisa actio. *operazione breve, e corta.*
† Actiosus, a, um, qui multum agit, *chi fa gran cose.*
¶ Actitatio, is, *il far una cosa spesse volte*, verbale ab actito. Actitare causas, *trattare spesso più cause.*
Actito, tas, tavi, tatum, tare, frequenter ago, *far sovente una cosa.*
† Active, adv. *attivamente, operatoriamente.*

Actor, toris, m. g. verbale ab ago, qui agit. C. *fattore, attore, colui, che cita un' altro in giudizio, o sia avvocato, o cliente*. actor comœdiæ. C. *rappresentante, rappresentatore di commedie*, ab aliquibus *commediante*.

actor causarum. Cic. *un' avvocato*, causidicus, item orator, *un' oratore*.

actuarius, ii, ma. g. actionum scriptor, & qui parvam navem ducit. C. *notajo, scrittore di atti, condottiere, o che conduce nave da remi*.

actuarium, rii, n. g. navis velis, aut remis ducta. C. *nave, che va a vela, o remi*.

actuariolum, li, n. g. *nave piccola menata a remi, ovvero gondola con voce Veneziana*.

actuosus, sa, sum, qui ab agendo non cessat. G. *attuoso, pronto nei gesti del corpo*.

actus, ta, tum, partic. ab ago. Factus, perfectus, confectus. Cic. *fatto, perfetto, finito, compito, fornito, condotto a fine*. Item adductus. Vir. Æne. tempestatibus acti. Item impulsus, aut adductus. Item admotus, *ammesso*. Idem. Item perterritus, *spaventato*. Vir. prodigiis acti cœlestibus, ideſt perterriti.

actus, tus, m. g. actio, vel factum, aut res gesta. C. *atto, fatto di alcuna operazione, o impresa*, actus Herculei. Claudian. *imprese, esatiche di Ercole*.

actutum, adverb. ſtatim, mox, illico, ſubito, repente. C. *incontinente, subito, di subito, di fatto*.

aculeus, ei, m. g. ſpiculum, ſtimulus. Cic. *pungetto, ago, aculeus apis*, Cic. *ago dell'ape, biſviglio*. Item genus tormenti, quo martyres Chriſtiani torquebantur.

aculeatus, ta, tum. Pl. *pontuto, acuto*. Spina aculeata. Pl. *ſpina pontata*.

acumen, nis, neut. g. verbale ab acuo. Cic. *acutezza, punta*, acumen roſtrarium. Pl. *punta nel becco degli uccelli*, acumen pro aſtu. Horat. *cautela, aſtuzia*. Interpretatio habens acumen. Cic. *ſottile, ed ingegnoſa eſpoſizione*. Omnia iſta derivata ab acuo, ut acies, acumen, acutus, & ejuſmodi primo dicta ſunt de inſtrumentis ſcindentibus, per translationem vero de perſpicacia animi, & ſenſuum.

acuminatus, ta, tum, acutus. Pl. *acuto, ſottile, pontuto*.

acuo, acuis, acui, acutum, acuere, idem quod exacuo, excito, & hortor. C. Vir. *affilare, fare acuto, dare il filo, aguzzare*. Verbis aliquem acuere. Cic. *fare accorto, o provocare a ſdegno con parole*.

† acupedius, qui acumine pedum obambulat, *chi cammina in punta di piedi*.

acupictor, toris, m. g. *ricamatore*.

acus, cus, f. g. C. *pungolo, ago da ſucire*. acus. Mart. *ſcriminale*, acu pingere. Ovid. *ricamare, e fare rappezzarie*.

acus, aci, m. g. & acicula. Pl. *peſce col naſo lungo, anguſigolo*.

acus, aceris, neut. ge. Varro, *paglia, pulla, ovvero bulla*, cujus nominativus olim erat acer; unde venit ejus genitivus aceris; unde acero, as, avi, aceribus impleo aliquid, aut miſceo, *meſcolare alcuna coſa con paglie*. Et inde aceratus, a, um, idem quod aceroſus, ut frumentum aceratum, *frumento pieno di paglia*.

acutus, ta, tum, ab acuo. Subtilis, acer, perſpicax. Cic. *acuto, ſottile, pontuto, appontuto, ingegnoſo*, acutum æs, Ov. *metallo riſuonante*, acuta ſpina, Pl. *erba detta ragaia*, acutum jaculum, Vir. *dardo acuto, pontuto*, acuta vox, ideſt tenuis.

acutulus, la, lum, dimin. *alquanto acuto, o ſottile, e pontuto*.

acute, ſubtiliter, ingenioſe, argute, adverb. C. *acutamente, ingegnoſamente*.

acute dictum, *è detto con acutezza*.

A D

AD eſt præpoſitio, quæ tam in compoſitione quam in appoſitione reperitur, & ejus uſus præcipuus eſt ſignificare motum aliquem, ſive ad aliquem locum. C. Ter. Virg. *a, appreſſo, vicino*. Item pro præpoſitione. Uſque ad meum adventum. Cic. *fino alla mia venuta*. Et pro circa, ad tria millia. Plaut. *circa tre miglia*. Et pro contra. ad morſus beſtiarum. C. *contra le morſicature delle beſtie*. ad etiam pro ante, vel coram. Ad judicem dicere. C. *parlare dinanzi al coſpetto del giudice*. ad etiam pro verſus, ibam ad te. Ter. *veniva verſo te*. ad cœlum, ideſt verſus cœlum, ad arbitrium tuum. C. *ſecondo la tua volontà*. ad pro per. ad conſtruendum templum. C. *per fare una chieſa*. ad hæc mala. Ter. *oltre, ſopra queſti mali*.

ad manum ſervus. Cic. *ſegretario*. ad cyathos ſtare, Sveton. *darſi al bere*. ad verbum aliquid tranſferre, ſeu traducere. C. *a parola per parola*.

adactio, ctionis, f. g. verb. ab adigo. Liv. lib. 2. bell. Pun. *coſtringimento*.

adactus, cta, ctum, partic. ab adigo, vel nomen ex particip. coactus Pl. *coſtretto*.

adad, ſive adadus, Deus Aſſyriorum. Cæl. Rhod. & Macrob.

adæquo, quas, quavi, quatum, quare, idem, quod æqualem, aut parem facio, Cicer. *uguagliare, e fare uguale*, adæquare, Per. *ſpianare, pareggiare*. Tecta ſolo adæquare, Liv. *ſpianare una caſa*.

adæque, adverbium, æque, Plin. *ugualmente, parimente, inſieme*.

adæro, ras, ravi, ratum, rare, Inſtit. *apprezzare, ſtimare a danari contanti*.

adæſtuo, ſtuas, avi, atum, are, *aver gran caldo*.

adagra, æ, f. g. idem quod fœmina ad agendum apta,

adagium, gii. Feſtus, & adagio; gionis, Varr. *proverbio*.

adaggero, ras, ravi, ratum, rare, Plautus, Idem quod adangeo, accumulo, *ammaſſare, accumulare*.

adalligo, gas, gavi, gatum, gare, Pl. *legare a qualche coſa*.

¶ Adam, Hebraice, ut Joſephus ſcribit, idem quod ruber.

adamas, ntis, maſc. g. lapis, qui ſolo hircorum ſanguine calido diſſolvitur, Vir. *diamante, gemma*. adamas infrangibilis. Pl. *diamante, gemma infrangibile, che non ſi può ſpezzare*. Dictus eſt adamas in Græco, quia domari non poteſt, ideſt frangi, propter ſummam ejus duritiem.

adamantæus, tæa, tæum, & adamantinus, Ov. *diamantino, duro come diamante, invincibile, e coſtante*.

adamantinus, na, num, pen. corr. & adamantæus, Plinius, *invincibile, coſtante, che reſiſte a' pericoli, diamantino*. vincula adamantina, *vincoli forti*.

adamo, mas, mavi, matum, mare, idem, quod valde amo, ardenter deſidero, percupio, Cic. *amar teneramente, fortemente*. adamare, Quintil. *amare impudicamente*.

¶ adamuſſim, adv. recte, *giuſtamente, a propoſito*.

adana, & adæna, *Città della Caramania*.

adaperio, is, ui, rtum, rire, vide aperio, *aprire*. caput adaperire. Val. Max. *ſcuoprire la teſta, cavarſi la berretta per onorar alcuno*.

adapertilis, & hoc adapertile. Ov. *coſa ſcoperta, aperta*.

adapto, tas, avi, tum, tare, accommodo, aliquid alteri rei apto, *acconciare*. proprie eſt, cum res aliqua facta eſt, ei aliud accommodare, aut adjungere. V. apto.

adaquo, as, avi, atum, are, Sveton. Pl. *bagnare, rinfreſcare con acqua, adacquare, abbeverare gli animali*. Herbas adaquare, Pl. *inaffiare l' erbe*.

adaræa, æ, f. g. ſpuma arundinis. medicinæ utilis, naſcens e cortice arundinis paluſtris, Pl.

adareo, es, ui, idem, quod areo, *ſeccarſi, aſciugarſi*.

adaſſo, verbum antiquum, Plautus, *ſpingere*.

adaugeo, ges, xi, ctum, gere, idem, quod accumulo, & cumulo, Cic. *aumentare, accumulare, ammaſſare, accreſcere*.

adau-

Adaugeſco, geſcis, geſcere, Lucr. *aumentarſi, accumularſi*.

adauctus, ctus, m. g. Verb. Lucr. *Accreſcimento, aumento*.

Adbibo, bibis, bibi, bibitum, bibere, idem, quod cum aliis bibo, & diſco, ſeu percipio, Ter. *Bevere con altri, o d' avvantaggio*, adbibe puer Philoſophica verba. Hor. *Apprendi, mentre ſei in tenera età, i precetti di filoſofia*.

Adcredo. dis, Vide accredo.

Adcreſco, Vide accreſco.

Addax, cis, maſ. g. qui eſt contortis cornibus.

Addecet, addecuit. Imp. decet. Pla. *Sta bene, è dicevole, è convenevole*.

¶ Addephagia, inexplicabilis edendi aviditas. Cæl. Rhod.

Addenſo, ſas, ſavi, ſatum, ſare. Pl. *Condenſare, inſpeſſire*.

Addico, cis, xi, ctum, cere, Dedo, mancipo, deſtino, adjudico. Cic. *Darſi, deſtinare, appropriare, dedicare*. addicere morti, Cicer. *Condannare alla morte*, addicere opus aliquod. Cic. *Diſporſi, deliberare di far qualche coſa*. addicere bona in publicum, Cæſ. *Confiſcare i beni, venderli all'incanto*. Unum eſt ex tribus verbis Prætoris, Do, dico, addico. Debitores autem addicebantur creditoribus, ideſt tradebantur in poteſtatem eorum, cum ſolvendo non eſſent. Prærerea addico erat verbum augurale: aves enim addicebant, ut, cum bonum omen fuit, augurium præberent. Cic.

Addictio, ctionis, f. g. C. *Deliberazione da farſi all'incanto a chi più offeriſce*.

Addictus, ta, tum, idem, quod Mancipatus, *Mancipato*. Obnoxius, deditus, devotus.

Addiſco, ſcis, didici, ſcere. Doceor, inſtruor, Cic. *Imparare, eſſer ammaeſtrato*.

Additamentum, ti, n. g. Cic. *Aggiunta, aggiungimento, aumento, accreſcimento*.

Additus, ta, tum, particip. ab addor, & adjunctus, Cic. *Uomo, o donna, o coſa aggiunta*.

Addivino, addivinas, addivinavi, natum, nare, Pl. *Predire, indovinare*

Addo, dis, didi, ditum, dere, compoſitum ex ad, & do, idem, quod adjungo, acceſſionem adjungo, affero, adſcribo. C. *Aggiungere, raggiugner, dare d' avvantaggio*. Nihil addo de meo. C. *Non do niuna coſa del mio*.

Addo, as, edi, are, adjungo, *Aggiungere*, Plaut.

Addoceo, ces, cui, cere, vide Doceo, Hor. *Inſegnare, ammaeſtrare*.

Addormio, mis, & addormiſco miſcis, mivi, mitum, miſcere Svet. *Addormentarſi*. Cujus contrarium eſt expergiſcor.

¶ Addua, flumen Inſubriæ, *Adda fiume, nei nomi propri*.

Addubito, tas, idem, quod Dubito, C. *Dubitare alquanto ſtare in dubbio*.

Addubitatus, ta, tum, Cic. *Coſa che ſi dubita*.

Adduco, cis, xi, ctum, cere. Induco, deduco, contendo, contraho, Cic. *Menare, condurre*. Adduxi eam ad cœnam, Ter. *L' ho condotto a cena*, adducere aliquem ad arbitrium noſtrum, C. *Perſuadere, diſporre alcuno al noſtro volere*. Brachium adducere. Virg. *Ritirare il braccio, ovvero gittare un dardo più lontano*, adduci odio, metu, precibus, ſpe mercedis, C. *Indurſi per odio, timore, preghi, ſperanza di mercede a far qualche coſa*. Civitatem in diſcrimen adducere, C. pro Dejot. *Ridurre la Città al pericolo*, adducere habenas, Cic. de Amic. eſt contrahere, & contendere, *Stringere le briglie*, remittere vero, *Slargarle*.

Adduplico, cas, cavi, catum, care, Pla. *Addoppiare, doppiare*.

Adedo, es, ſive adedis, edi, eſum, eſſe, ſive adedere, Comedo, Cic. & Vir. *Conſumare, mangiare di tutto, o di ogni coſa*.

Adelphus, & adelphius. Latine dicitur Frater, Ter. *Fratello*. apud Græcos fratres dicti ſunt adelphi, quod ſint ſoli, ab a privativa particula, & delphos, quod veteri lingua græca dicitur ſolus.

Adelus, la, lum, C. *Ignobile, non conoſciuto*.

Ademptio, tionis, f. g. ab adimo, idem, quod ablatio. Cic. *Sottrazione, privazione, o il levar via la vita*.

¶ Adenes, glandulæ ſunt in gutture ex carne in duritiem contractæ, *Le ſcroffole*.

Adeo, adverb. qualitatis, ut uſque eo, tantum, tam, & adeo, ut. Cic. *Così, tanto, Finchè, ſin tanto*. Vultu adeo venuſto, ut nihil ſupra. Ter. *Di volto tanto bello, che nulla più*.

Adeo, dis, ivi, vel per ſyncopem adii, aditum, adire. Idem, quod Subeo, Cic. *Andar verſo alcuno*. adire aliquem per epiſtolam. Pla. *Scrivere ad alcuno, o viſitare con lettere*. Diſcrimen adire. C. *Metterſi a riſchio, correr pericolo*. Nec quiſquam ex agmine tanto audet adire virum. Vir. *Neſſuno ardiva aſſalirlo, o combatter con lui*.

Aditur impersonale, *Si va*. Cic.

Adeps, adipis, m. & f. g. axungia, & pinguedo, quæ intra cutem, & carnem eſt, C. *Lardo, graſſo*. Bocc. *Graſſo, ovver ſugna*. adeps ſuillus, Pl. *graſſo, ovver ſugna di porco*. Sciendum eſt, adeps eſſe nomē generale omnis pinguedinis, & adipes in plurali poſuit Pl. l. 8. c. 38.

Adeptus, ta, tum, particip. ab adipiſcor, aſſequutus. C. *Chi ha trovato, acquiſtato, chi ha ottenuto un ſuo deſiderio*, adeptus crimen, C. *Chi ha acquiſtato biaſimo*.

Adeptio, tionis, fœ. ge. Verbale acquiſitio, Cic. *Impetrazione, l' ottenere, o impetrare, e acquiſtare*.

Adequito, as, avi, tum, are. Prope, vel juxta equito. Liv. *Cavalcare vicino, d'intorno*. Adequitare portæ, Pl. *Cavalcare vicino ad una porta*.

Adeſdum. Ter. *Sta qui, vieni a me*.

Adeſporus, ri, auctore carens, aut principe, *Chi non ha maeſtro*. Rumores adeſpoti, Cic. *Rumori o novelle ſenza autore*.

Adeſurio, ris, rivi, ritum, rire, ideſt valde, aut vehementer eſurio, Pl. *aver gran fame*.

Adeſus, ſa, ſum, particip. ab adedor, Liv. *Mangiate con ingordigia*. adeſa pecunia, Cic, *Danaro conſumato*.

Adfabre. Vide affabre.

Adfari. Vide affari.

Adfore. Vide affore.

Adfremo, mis, mere, ut adfremere verbis alicujus, Valer. *Mormorare contra le parole d' alcuno*.

Adfringo, gis, fregi, fractum, gere, idem, quod frango, & rumpo. Stat. *Rompere*. Duris adfringunt poſtibus ungues. *Romperſi le unghie d' intorno alle porte*.

Adfundo, dis, vide affundo.

Adgemo, mis, mui, mere, Sta. *Gemere ſopra qualche coſa*.

Adgnati. Vide agnati.

Agredior. Vide aggredior.

Adgrego. Vide aggrego.

Adgreſſus, apud Ennium, idem quod aggreſſus, *Cominciato, dato principio*.

Adhæc, & præterea, Cic. *Sopra di ciò, oltre di queſto*.

Adhabito, as, avi, atum, are, idem, quod juxta habito, *Abitar vicino*, Plaut.

Adhæreo, res, ſi, ſum, rere, infixus ſum. Approximo, arctiſſime inſideo, adhæreſco, adjaceo. C. & Cæſ. *Accoſtarſi, appoggiarſi, tenerſi ſaldo a qualche coſa*. adhærere ad aliquid, Cæſ. *Eſſer attaccato a qualche coſa*. adhærere opinioni alicujus, *Seguitar l' opinione*.

Adhæreſco, ſcis, ſcere, idem, quod adhæreo, *Accoſtarſi, appoggiarſi*.

Adhæſio, onis, ipſe adhærendi actus, Cic. *Accoſtamento, congiunzione di coſe diverſe*.

Adhalo, las, lavi, latum, lare. Pl. *Odorare, ſentire al naſo*.

† Adhamo, as, *Inamare, prender con l' amo*; metaphorice aurem, & translate ſumitur pro ſurripere, *Preoccupare, anticipare*.

† Adiaphoros, indifferens: *Non differente, concorde*.

Adhibeo, bes, bui, bitum, bere, ex ad, & habeo, adjungo, adapto, utor, adfero, confero, C. *Metter appreſſo, aggiungere*, calcaria equo adhibere, C. *Spronar il Cavallo*. adhibere diligentiam. C. Fab. *Uſar diligenza*, ſic adhibere medicinā, *Dar medicina*, adhibere modum in actionibus, ăimum, miſericordiā, auctoritatē, reverentiā, & infinita apud Cicer. alia. adhibere omnes machi-

machinas ad rem aliquam. Cicero ad Attic. *Usar tutte l' invenzioni, che si può, per far qualche cosa.* Quod proverbio dici solet, nullum non movere lap idem.

Adhinnio, nis, nivi, nitum, nire, Proprie equorum est, Pl. Cic. *Annitrire come cavallo alla cavalla.*

Adhoc, Pli. Cic. vero pro eo uritur. Præterea, & huc accedit, *Di più, oltre a questo, oltre di ciò, appo di questo.*

Adhorresco, resci, ruis, rescere. Ovi. *Abborrire, spaventarsi molto per qualche strepito, o rumore.*

Adhortor, taris, tatus sum, tatum, tari. Cohortor, accendo, Cicero, *Accendere, esortare, infiammare.*

Adhortatio, nis, f. ge. cohortatio, & hortatio, Verbale, Cic. *Esortazione.*

Adhortator, toris, masc. ge. & cohortator, Liv. *Esortatore.*

Adhuc, Cicero. Etiamnum, etiam nunc, jam tum, hactenus, Cic. *Fin' ad ora, o fin qui.*

Adhuc tua messis in herba, Ovid. *Non sei ancora dove tu credi.*

Adiaphoron, n. indifferens. Cic. Grec.

Adjaceo, ces, cui, cere, apud aliquem jaceo, Liv. *Giacere appresso, vicino.*

Adiantum, ti, n. gen. Dioscor. *Erba dianto, Capello di Venere.*

† Adides, dum, f. g. tela quædam, quæ loro sive ligno religata, ejiciuntur in hostes.

Adjectio, tionis, fœ. ge. ab adjicio, idem quod adjunctio, Vitruvius, *Giunta, aggionzione.*

¶ Adjectivum ab adjicio fit, quasi adjunctivum, quia substantivo adjungatur, postulat autem infinitivum, sive adjectivum, &c.

Adjectus, tus, ma. gen. *Aggiungimento.*

Adjectus, ta, tum, Parr. Pl. *Aggiunto.*

Adigo, gis, egi, actum, igere, cogo, impello, & ad arbitrium voco. Concito, astringo, adduco, infigo. Cicer. *Condurre, conficcare, guidare, menare, constringere, sforzare, spingere a forza,* adigere aliquem in insaniam. Terent. *Ridurre a pazzia, fare impazzire,* adigere arbitrium, est cogere adversarium dare arbitrium. Fest.

Adjicio, cis, jeci, jectum, cere, addo, applico, Cic. *Aggiungere, accrescere.*

Adjicere oculum alicui rei, Cicer. *Aver l' occhio sopra alcuna cosa.*

Adjicialis, & adjiciale, unde cœnæ sacerdotum dicebantur adjiciales, ideſt opiparæ, ab adjiciendis dapibus, Varro.

Adimo, mis, emi, ptum, imere, aufero, eripio, subtraho, deleo, præcido. Cic. 2. de finibus. *Tor via, levar via.* animam alicui adimere. Pla. *Tor la vita ad alcuno.* adimere civitatem alicui. Cic. *Bandire, e private alcuno della sua Città* adimere nomen virgineum, Ovid. *Levare, tor la virginità.* adimere ali. cui potestatem faciendi aliquid, Cic. 1. Ver. *levare ad alcuno la potenza di far qualche cosa.* adimor, eris, passivum ab adimo.

Adimpleo, ples, plevi, pletum, plere. Impleo, Plin. *Empire.*

Adindo, dis, didi, ditum, dere, copulo, Ca. *imporre, metter dentro.*

Adinstar, Solitus, Apul. *in guisa, a similitudine, a somiglianza.*

Adinvenio, venis, veni, ventum, venire. Idem, quod invenio. Cic. *Trovare.*

Adipalis. Cic. *Grasso,* Cœna adipalis, ideſt opipara, Var. & Fest. vide adjicialis.

Adiparus, a, um, Juven. *Ingrassato, unto.*

Adipiscor, sceris, vel scere, adeptus sum, adeptum, adipisci. Comp. ex ad, & verbo antiquo apiscor. Idem quod Nanciscor, consequor, obtineo. Cicero. *Assequire, acquistare, ottenere, trovare.* adipisci honores, Cic. *Acquistar onori.* Judicium adipisci. Terent. *Ottenere, e vincere la lite,* adipisci ordinem Senatorium, Cicer. Fab. *Esser fatto Senatore.*

Adipiscendus, da, dum, Particip. acquirendus, comparandus, Cic. *Cosa da acquistare, ottenere.*

† Adispacium, ii, genus quoddam spinę simile lenticulæ.

† Adituculus, li, aditus parvus, & exiguus, diminutivum ab aditus, tus, qui est locus quidam secretior in templo, pars videlicet remotior ab hominum congressu.

Aditur, impersonale passivum, vide supra adeo.

Aditus, tus, masc. ge. Verb. ab adeo, Via, introitus, vestibulum. Cicero. *Intrata, Bocc. entrata, adito, cammino.*

Aditus, ta, tum, part. Cic. *Luogo dove si è andato più volte.*

Aditio, nis, f. gen. Plaut. *Andata, partita.*

Adjudico, cas, cavi, catum, care, idem, quod aliquid alicui per judicium attribuo. Cic. *Attribuire, assegnare, dar giudizio per sentenza,* (item statuo, *Determinare.* Pla.)

Adjungo, gas, gavi, gatum, gare, Conjungo, Plin. *Congiungere, attaccare, accoppiare,* adjugare vitem. Pli. *Legare la vite al palo.*

Adjumentum, ti, neut. gen. Subsidium, præsidium, Cicero. *Giovamento, sollevamento, ajuto.* adjumento esse alicui. Cic. *Sollevare, o ajutare alcuno.*

Adjungo, gis, xi, gere, adnecto, applico, aggrego, adhibeo, attexo. Cicero. *Aggiungere, accoppiare, applicare, voltare.* adjungere aliquem ad amicitiam nostram. Cicero. *Far qualch' uno amico.* Uxorem sibi adjungere. Cicero. *Maritarsi, prender moglie,* adjungere animum ad studium. Cicer. *Applicare, voltare l' animo agli studj:* adjungere se comitem vitæ. Cicero ad Att. Epist. 44. *Far compagnia ad alcuno nel viaggio.* adjungere ad suum imperium acerbitatem naturæ, Cic. offic. 1. *Esser crudele, e imperioso,* adjungere provincias ad imperium. Cicero. *Aggiungere di nuovo Provincie all' Imperio.*

Adjunctus, cta, ctum, conjunctus, Cicero. *Aggiunto, accoppiato, applicato, congiunto.*

Adjunctio, tionis, fœm. ge. *aggiunta.*

Adjunctor, toris, masc. gen. Verbale, conjunctor, Cic. *Colui che aggiunge, ovvero unisce.*

Adjurgium, gii, neutr. gen. Objurgium, contumelia. Cic. *Villania, rampogna.*

Adjurgo, gas, gavi, gatum, gare, & objurgo, reprehendo, Plaut. *Riprendere, dire villania, o rampogne,* particula autem, ad, auget significationem aliquando.

† Adjuratus, a, tum, *Fatto giurare.* ut milites adjurati ad fidem, qui sacramento adstricti sunt.

† Adjuratio, is, verbale, ab adjuro. *Giuramento, scongiuro.*

Adjuro, ras, ravi, ratum, rare, juro, Cicero. *Giurare con efficacia, giurare da dovero,* adjurare alicui, Ovid. *Promettere con giuramento ad alcuno.* Item nego, *Negare,* Servius. Item exorcismis dæmones cjicio. *Scongiurare,* Lact. libro quarto: dæmones adjurati per Christum de corporibus fugiunt.

Adjuto, tas, tare. Verbum Frequent. ab adiuvo. Cic. *Ajutare,* adjutare funus. Terent. *adoperarsi nelle esequie.*

Adjutor, toris, m. g. administer, Cic. & Cæs. *Chi porge ajuto.*

Adjutorium, rii, ne. gen. *Ajuto.*

Adjutrix, tricis, fœmin. gener. Cic. *Ajutatrice, colei che porge aita.* Scelerum adjutrix, Cicero. *Ajutatrice nelle ribalderie.*

† Adjuvamen, is, n. g. *Sollievo, ajuto.* Opem, adjuvamen alicui asferre. *Ajutar alcuno.*

Adjuvo, vas, vi, tum, vare, adjumentum affero, suffragor, sublevo, auxilior, opitulor, præsidium affero, præsidio sum. Cic. *Ajutare, giovare, dar ajuto, sostenere, dar appoggio,* adjuvare aliquem auxiliis, & copiis, Cicer. Epist. 7. *Ajutare un' altro con le sue forze.* Litteræ adjuvant ad percipiendam, colendamque virtutem. Cicer. pro Archia, *Le lettere giovano o per imparare le virtù, o per mantenerle.*

Adlaboro, ras, labore, Cicero. *Affannarsi, faticarsi molto.*

† Adlectus, a, um. *Scelto, eletto.*

Adlubesco, cis, Plin. *Compiacere a se.*

Admando, as, avi, idem, quod committo alicui, *Commettere.*

Admanum, quasi adverbium, & una dictio, idem quod in promptu, *Apparecchiato,*

Admetior, tiris, vide Metior.

Admetus, ti. Rex fuit, qui Alcestem habuit uxorem, quæ Conjugis ægre e vivis excessum ferens mariti fato succubuit, mortemque vice mariti oppetiit, quam postea ad virum suum ex inferis reduxit Hercules, precibus exoratus ab Admeto.

Adminiculo, as, lavi, latum, lare. Colu. *Ajutare.* seu adminiculor, verbum deponens, Cicer. *Ajutare, sostentare, amministrare, sovvenire.*

Adminiculum, li, ne. g. adjumentum, subsidium, præsidium, & auxilium, C. *Ajuto, sostentacolo, cosa da appoggiarsi sopra.*

Administer, tri, m. g. minister, C. *Ministro, che s' adopera a far eseguire, o che fa qualche cosa.*

Administra, træ, f. g. Ministra, Cic. *Ministra.*

† Administratrix, cis, proprium fœminæ, quæ alicujus rei curam gerat. *Regolatrice, governatrice.*

Administro, stras, stravi, stratum, strare, Gero, procuro, guberno, Cic. *Amministrare, regere, procurare.*

Administratio, onis, f. g. procuratio, curatio, & gubernatio, Cic. *Maneggio, e ministerio.*

Administrator, toris, m. g. Præfectus, gubernator, moderator, rector, curator, procurator. C. & Cæs. *Governatore, Rettore.*

† Admirabundus, qui diu miratur. *Chi sta in atto di maravigliarsi.*

Admiratio, onis, f. g. admirabilitas, mirratio. *Maraviglia, stupore, maraviglia per gran veduta.* affici admiratione, C. *Maravigliarsi.*

Admirator, toris, m. g. Quint. *Chi si maraviglia.*

Admirabilis, & hoc admirabile, admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, habens admirationem, C. *Mirabile, stupendo, e degno di maraviglia.*

Admirabiliter. Adv. qualit. Mirifice, mirum in modum, C. *Mirabilmente, maravigliosamente.*

Admirabilitas, atis, f. g. admiratio, C. *Maraviglia, stupore.*

Admirandus, da, dum, ideſt admiratione dignus, C. *Degno di ammirazione, di maraviglia.*

Admiralus, li, m. g. Vives. *Ammiraglio,* aliter malassiarcha dicitur.

Admiror, raris, vel rare, ratus sum, rari, Suspicio, admiratione afficior, Cic. *Maravigliarsi, ammirare, mirare, estupefarsi, e restare stupefatto.* admirari aliquem, C. *Fare stima, venir conto, o aver riputazione d' alcuno,* cõstruitur cum accusativo, vel ablativo mediãte præpositione, de: admiratus sum brevitatem epistolæ tuæ; C. *Mi son maravigliato della brevità delle vostre lettere.* admirari res gestas, magnitudinem animi, ingenium, eruditionem alicujus, Cic. *Maravigliarsi, o far stima della grandezza dell' animo d' alcuno, &c.*

Admisceo, sces, cui, stum, & xtum, scere, idem, quod misceo, *Mescolare, mischiare.*

† Admistura, ræ. f. gen. *Mescolanza, il mischiare una cosa con un' altra.*

Admistus, sta, stum, Part. Mistus, commistus, concretus, Cic. *Mescolato, mischiato, misturato.*

Admistio, onis, f. g. concretio, C. *Mistura.*

Admissarius, rii, m. g. Pro libidinoso capitur, ut admissarius equus, Pl. *Lo stallone per generar cavalli.*

Admissio, nis, f. g. ab admitto, Pl. *Autorità, libertà di entrare ad un Principe.*

Admissionalis, m. g. Lampridius, *Portinaro, portiero.*

Admissivus, a, um, adject. unde avas admissivæ dictæ ab auguribus, quæ consulentem juberent facere, Festus.

Admissura, æ, f. g. actio ipsa qua equi admittuntur ad coitum, ante tempus coitus, Silvius.

Admissus, sa, sum, incitatus, commissus, C. *ammesso, lasciato entrare,* Malum admissum, Cic. *Error commesso.*

Admitto, tis, si, ssum, tere, recipio, intromitto, suscipio, excipio, adhibeo, conjitto, Cic. *Ricevere, introdurre, ammettere, accettare, e intromettere, formare, e mandare,* admittere dedecus. Cicer. *commettere qualche difetto, peccato, scelleraggine,* admittere equum, Liv. *dare la corsa, e carriera ad un cavallo.* admisit equum equæ, Justinus, ideſt coire fecit. admittere aliquem in cubiculum, C. *Lasciare alcuno entrare nella camera.* admittere aliquẽ ad consilium, Sall. *Ricevere alcuno al consiglio,* admitto etiam est concedo. *concedere.* admisit, ut fieret, *Ha permesso che si faccia,*

Admodulor, aris, vel lare, latus sum, lari, Ovid. *cantare.*

Admodum, Adverb. quant. idem, quod Valde. Cic. *Grandemente, molto, e alquanto.* admodum adolescens, Cic. *Molto, o alquanto giovane.*

Admœnio, nis, nire, Plaur. *gettare le mura a terra.*

Admolior, liris, idẽ quod Molior.

Admoneo, nes, nui, nitum, nere, commoneo, moneo, ad memoriã alicujus rei aliquẽ excito. C. *Avvisare, ammonire, avvertire,* admonere ad aurem, C. *Dire qualche cosa nelle orecchie secretamente.* Item percutio, *Percuotere.* construitur vel cum accusativo duplici, vel cum accusativo personæ, sed genitivo rei, ut admoneo te illãrem, aut illius rei: admonemus præsentia, commonemus præterita, monemus futura.

Admonitio, onis, f. g. Præceptum, & monitum. Cic. *Ammonizione, avviso, avvertimento.*

Admonitus, tus, mas. gen. admonitio, monitum, præceptum, C. *Avviso, avvertimento, ammonizione.*

Admonitum, ti, ne. g. *Ammonizione.*

Admonitus, ta, tum. Particip. Monitus, C. *avvisato, avvertito.*

Admonitor, toris, mas. g. Verbale, qui monet. Cic. *colui che ammonisce, o avvisa.*

Admordeo, des, di, sum, dere, Virg. *Mordere.*

Admordere aliquem, Plaut. *consumare gli altrui beni, o la fama.*

Admotus, ta, tum, adhibitus. & admotus, tus, m. g. Pl. *avvicinamento, approssimamento.*

Admotio, tionis, Applicatio, Cic. *avvicinamento.*

Admovendus, da, dum, adhibendus, Cic.

Admoveo, ves, vi, tum, vere, appono, adhibeo, porrigo, extendo. C. *approssimare, appressare, porre appresso, avvicinare, applicare,* Violarum fasciculum ad nares admovere, C. *avvicinare, porre alle nari un mazzo di viole.* Oscula admovere, Ovid. *Baciare, dar baci.* admovere stimulos alicui, Cicer. *Stimolarlo.* Admovere aurem, C. *ascoltare,* admovere animum, C. *Esser attento,* ideſt applicare animum.

Admoveor, passivum verbi admoveo.

Admugio, gis, givi, gitum, gire. Ovid. *Muggire, rispondere muggendo come fa la vacca al toro.*

Admurmuro, ras, ravi, ratum, rare, admurmurationem facio. C. *Mormorare, applaudere, fare applauso.*

Admurmuratio, tionis, f. gen. approbatio, applausus murmure factus, Cic. *Mormoramento, mormorio, applauso.*

Admurilo, las, lavi, latum, lare, Pl. *Tagliare, mozzare, troncar assai.*

Adnascor, ceris, tus sum, nasci, apud aliquem nascor, Pl. *Nascer vicino, d' appresso.* tamen adnasci dicuntur membra in hominibus, quæ sunt præter intentionem naturæ, aut quæ necessaria non sunt, ut sextus digitus in manu.

Adnato, tas, tavi, tatum, tare. Frequentativum a verbo adno, *Nuotare.*

Adnavigo, gas, gavi, gatum, gare, idem quod ad aliquem locum navigo, Pl. *Navigare a qualche luogo.*

Adnitor, teris, vel tere, sus, vel nixus sum, niti, idem quod applico, seu applicor, & valde nitor, C. *Faticarsi, o sforzarsi di fare qualche cosa, o impresa.* adniti ad aliquid. C. *appoggiarsi, o star appoggiato a qualche cosa.*

Adnisus, sa, sum, Virg. *Astretto, forzato.*
Adnixus, nixa, sum, idem quod adnisus.
Adno, nas, navi, natum, nare, Cæs. *Nuotare a qualche parte,* adnare naves, Cæs. *Nuotare alle navi.*
Adnotatio, is, ab adnoto, as, *Avvertenza, annotazione.*
Adnotator, ris, qui adnotat. *Chi ha l'avvertenza.*
Adnoto, Vide annoto.
Adnubilo, las, lavi, latum, lare, Stat. *nuvolarsi, farsi l'aria nuvolosa.*
Adnumero, ras idem, quod ad numerum addo. vide annumero. *Annumerare, contare, aggiungere al conto.*
Adnumeror, raris, vel are, atus sum, passivum ab adnumero, idem, quod adjicior, adscribor, *Esser aggiunto.* Cic.
Adnuncio, as, avi, idem quod nuncio, *Raccontare.* Cic. ad Att.
Adnutrio, tris, trivi, tritum, trire, Pl. *Nodrire appresso.*
Adobruo, bruis, bui, brutum, bruere, C. *Sotterrare, coprire del tutto.*
Adoleo, les, lui, & levi, tum, lere, Vir. Pl. *Offerire, sacrificare odori accesi, bruciare, e crescere, ed aumentare.*
Adolesco, scis, ui, & levi, adultum, lescere. idem, quod cresco, Vir. *Crescere in età, farsi grande.* adolescit ætas, & amor, Cicero. *Cresce l'età, l'amore.* cum significat cresco, attribuitur tam rebus animatis, quã inanimatis, corporeis, quam incorporeis: sic ratio adolescit, ideſt perficitur, viriditas cãporum adolescit, ideſt augetur.
Adolescens, tis, co. g. Ephebus, juvenis, pubes, Cic. *Giovane maschio, e femmina sopra dodeci anni.*
Adolescentia, tiæ, fœm. g. Iniens ætas a 14. anno usque ad 25. & 30. annum, C. *giovinezza, adolescenza, età di quattordici infino a' 25. o 30. anni.* ab ineunte adolescentia, *dalla gievinezza, o dal principio della giovinezza.*
Adolescentor, aris, ari. Varro. *crescere sopra modo.*
Adolescentulus, li, m. g. admodum adolescens. Dimin. C. *giovanetto.*
Adolescenturio, is, ivi, verbum defiderativum, vel inchoativum, ideſt adolescentium more facio. Lambertus.
Adolescens, fæ. g. adolescentula. Ter. *giovanetta.*
Adolescbus, hujus dolescbi, Cic. *cianciatore*, vox græca.
¶ Adonia, orum, festa Adonidi dicata, Animian.
¶ Adonis, idis, filius Cyniræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit, formositate præcellentem. Hic apri dente sub inguine percussus interiit. Venus miserata in florem Adonium, qui eſt sanguinei coloris, eum transformavit. Ovid.
Adonai, dictio Hebraica, Valet idem, atque Dominus. *Signore*, quã vocem Hebræi sæpe legunt loco Jehovah, quod nomen Jehovah habent pro ineffabili, ideo ejus loco aut legunt Adonai, aut Elohim.
Adoperio, ris, aperio, Liv. *aprire, coprire.*
adopertus, ta, tum, Ov. *Coperto, aperto*, Æther adopertus nubibus, Ovid. *Il cielo coperto di nuvole.*
adopto, tas, tavi, tatum, tare, Filium instituo, vel facio, Cic. *Eleggere, adottare un figliuolo, cioè torlo per figliuolo d'anima,* adoptare se alicui, Pl. *accompagnarsi ad alcuno.*
adoptator, toris, m. g. Gel. *adottatore.*
adoptatio, tionis, f. g. Senec. *adottazione.*
† adoptatus, a, um, particip. ab adopto. *Eletto, adottato.* In filium adoptatus, *Eletto per figlio.*
adoptio, nis. idem, quod adoptatio.
adoptivus, i. ma. g. *Figliuolo adottivo,* ideſt, qui in adoptionem venit, Pl.
adoptivus, va, vum, Cic. *cosa adottiva.*
adoptivus, vi, m. g. Gel. *adottivo.*
ador, n. g. indeclin. Nonius, Ausonius, & genit. adoris tantum, *Sorte di frumento usata nei sacrifizj.* Vide adoreum, & adorea, quæ omnia dicta sunt ab edendo.
adoratio, tionis, f. g. Pl. *adorazione.*
adoreus, rea, reum, Virg. *cosa di frumento nomato adoreo.*
adorea, reæ, f. g. Pl. *gloria di vittoria.*
adoreum, rei, neu. ge. idem, quod Far. Col. *Farro.*
adorior, riris, adortus sum, idem, quod aggredior, & invado, Cic. *assaltare, assalire all' improvviso, impetuosamente,* adoriri aliquid facere, Cic. *dar principio, incominciare a fare qualche cosa,* adoriri aliquem a tergo, Liv. *assaltare alcuno di dietro,* adoriri aliquem inermem, ac imparatum, Cic. pro Mil. *assaltar alcuno senz' armi.*
adorno, nas, navi, natum, are, Orno, instruo, paro, & comparo, C. *adornare.* Boc. *Metter all' ordine, apparecchiare,* adornare aliquem, Cic. *Intestare, o persuadere alcuno.* crimen adornare, Cicer. *Fingere, immaginare una colpa,* adornare bellum, Cic. *apparecchiare la guerra.* adornare petitionem magistratus, Cic. pro Mil. *apparecchiare tutte le cose per ottenere il magistrato.*
adoro, ras, ravi, ratum, rare, Apul. Liv. *adorare, riverire, inginocchiarsi umilmente,* dictum ab ore, quia veteres inter adorandum manum ori admovebant, Apul.
adoratio, nis, f. ge. cultus, *L'adorazione, riverenza.* Pl.
adortus) vide (adorior.
adplumbo) (applumbo.
adposco, scis, scere, idem, quod Flagito, Hor. *dimandar con istanza.*
adprecor, caris, vel care, catus sum, ideſt vehementer precor, Hor. *pregare caldamente.*
adprime, & adprimum. Vide apprime.
adprimus, ideſt, Longe primus, Li. *primo, innanzi a tutto.*
adprobus) (approbus.
adprobo) (approbo.
adpromissor) vide (appromissor.
adpropero) (appropero.
adpropinquo) (appropinquo.
adpugno, as, avi, atum, are, Pugno, prælior, dimico, & pugnis certo. Tac. *assaltare, combattere.*
adpulsus, sus. masc. gen. Vibratio, adpulsio, *Spinta.* item accessus pecorum ad aquam, *il menare i bestiami all' acqua.*
adquiesco, scis, scere. Quiesco, conquiesco, Cic. *acchetarsi, acquietarsi.* Vide acquiesco.
adrastia, æ, f. g. nomen Deæ, quæ scelera ulciscitur.
adria, æ, m. g. *il mare adriatico, il mare di Venezia.*
† adrianum vinum, *Vino di Mare,* quod ab ultimis maris finibus affertur.
adriaticus, a, um, *cosa che appartiene al mare adriatico;* mare Adriaticum, seu Mare superum, *il Mare di Venezia, o golfo di Venezia.*
adrado, radis, rasi, rasum, radere, Colum. *Radere basso.*
adrepo, pis, psi, ptum, pere, Pl. *appiccarsi, aggrapparsi a qualche cosa.*
¶ adrumo, as, teste Festo, rumorem facio, sive commurmuro, *far rumore.*
¶ adruo, as, servat ad in compõsitione, præter regulam aliorum, proprer euphoniam, significat arando subruo. *Rivoltar sotto sopra con l'aratro.*
adrodo) (arrodo.
adrogo) vide (arrogo.
adscribo) (ascribo.
† adscriptitii, qui facile adscribi possunt, ut milites adscriptitii, qui facile militiæ adscribuntur, *chi si scrive alla milizia.*
adsector) (assector.
adsentio) (assentio.
adsentior) vide (assentior.
adsequor) (assequor.
adsero) (assero.
adservo. Vide asservo.
adsevero. Vide assevero.
adsestrix, cis, f. g. *Donna, che siede appresso un'altra, o che consiglia un' altra,* fæmininum ejus, quem in maribus dicimus adsessorem, vide assessor.
adsciscо, vide ascisco, approbo, & recipio.
adscribo, bis, psi, ptum, bere, & ascribo, appono, adjungo, addo, Cic. *attribuire, e scrivere insieme, aggiungere.*

Ad-

Adsignifico, cas, cavi, tum, care. Var. *Dinotare, significare, far conoscere, dar ad intendere.*
Adsigno) (assigno.
Adsilio) vide (assilio
Adsimilis) (assimilis.
Adsimulo) (assimulo.
† Adsipio, is, *Saper avanti, prevedere.* antiquum, & obsoletum tamen videtur.
adsisto, stis, obsisto, me oppono, & contrasto, Cic. *Far resistenza, opporsi contrastare, contraddire.*
adsitus, sita, situm, Pla. *Piantato, o seminato appresso.*
adsolet. Vide assolet.
adspuo, puis, pui, putum, spuere, Pl. *Sputare contra alcuno per disprezzo.*
adstipulor, ris, assentior, adsentior, *Acconsentire, Concordarsi con alcuno.* Adstipulari alicui jus sententiæ, *Favorire, aggiungersi al parere d'alcuno.*
adquo, ideſt, quantum, *Sino a quanto.* Afranius.
adstituo, tuis, tuere, Auctor ad Heren. *Porre appresso, appressare.*
adstrepo. Vide astrepo.
adstringo, Vide astringo.
adstruo. Vide astruo.
adsum, des, esse, præsens sum, interfum, & præsto sum. Cic. *Accostarsi, venire, favorire, ajutare, difendere, esser, e trovarsi presente, assistente.* adesse pugnæ, Cic. *Esser presente al combattere.* adesse, Plau. *Venire, o giungere.* adesse, Vir. *Arrivare, sopravvenire* In aliquo adesse loco. Pla. *Restare, o fermarsi in qualche luogo.* ades animo, Cic. de Somn. Scip. *Sta di buon coraggio,* non solum corporibus, sed etiam animis adesse. Cic. pro Sylla, *Esser non solamente presenti, ma ancora attenti,* adesse animo, Cic. est enim vigilare, cogitare.
Ad summum, Cicer. *All'ultimo, in somma, al più, per il più,* Pro eodem ponitur ad summam, *all' ultimo, in summa.*
† Adtestatus, ta, tum, *Attestato, confermato, testificato.*
Adrexo, is, texui, textum, texere, Var. *Tessere, attaccare una cosa all'altra.*
¶ Ad tempus, per aliquod spatium tẽporis, Ci. *A tempo, adar pian piano.*
Adtibernalis, & hoc adtibernale. Festus. *Taverniero.*
† Adtritus, ta, tum, *Spezzato, ridotto in pezzi.* Nonnunquam sine compositione sumitur substantive, verboque sum, es, est, conjungitur: adtritum est hoc, significat, *Esser chiaro, manifesto,* est trita sententia, *è parer vecchio.*
Adtondeo, des, adtondi, adtonsum, adtondere, Plau. *Tondare, tosare.*
Advectio, onis, f. ge. Verb. advehо. Plin. *Portatura, conduttura.*
Adveho, his, xi, ctum, here, Cicer. *Portare, condurre a carico, portare sopra giumenti, o in carro.* advehere per mare. Plaut. *portar per mare.*
Advectitius, tia, tium. *Cosa portata.*
Advectus, cta, ctum, particip. Cic. *Portato, nome aggettivo.*
Advectus, ctus, Verbale. Fac. *Portatura, sostantivo.*
Advecto, ctas, ctavi, ctatum, ctare. Frequent. Tac. *Portare spesso.*
Advelo, las, lavi, latum, lare, Vir. *Coprire con velo, velare.*
Advelitor, aris, atus, sum, idem, quod velitor, *Scaramucciare.*
Advelitatio, nis, f. ge. *Scaramuccia,* vide velitatio, & velitor.
Advena, næ, com. gen. Verb. ab advenio, peregrinus, hospes. Cicero. *Peregrino, pellegrino, forestiero, di altro paese.*
Advenæ volucres. Va. *Uccelli forestieri*
Adveneror, raris, vel rare, ratus sum, ratum, rari. Var. *Riverire, onorar molto, adorare.*
Advenio, nis, ni, tum, nire, accedo, & appropinquo. Cic. *Venire, approssimarsi, accostarsi, arrivare.* Cum illo advenio. Ter. *Quando giungo a quel luogo.* Quicquid advenerit ferendum, Cic. *Sopportarsi ciò, che avverrà.*
Advento, tas, tavi, tatum, tare, idem quod Accedo, Appropinquo, advenio, Cic. *Approssimarsi, venire, giungere, avviarsi.* Adventat senectus, Cic. *La vecchiezza si approssima.*
Adventor, toris, masc. gen. Verbale, Qui officinam sive Tabernam frequentat. *Avventore, che continua, o frequenta una bottega.*
Adventorius, ria, rium, ut Adventoria Epistola, Mart. *Epistola che avvisa la venuta di qualche amico, ma prima che ci venga.*
Adventus, tus, ma. ge. Ver. accessus, Cic. *La venuta, giunta, arrivata.*
Adventitius, tia, tium, Fortuitus, inſperatus, non quæsitus. Cicer. *Avventizio, d'altrui paese, e accidentale, che vien altronde senza opera, o colpa nostra.* Auxilium adventitium. Cic. *Ajuto esterno, di fuora via.* bona adventitia dicuntur apud J. C. quæ non ex recta successione patris, aut matris, sed casu eveniunt. Cic. 3. Verr.
Adverbero, ras, avi, idem quod verbero, *Battere.* Stat.
† Adverbialiter, *Avverbialmente, in modo di Avverbio.*
† Adverbium, ii, *Avverbio.* pars Orationis indeclinabilis.
Adversa, orum, plu. n. g. Ovid. *Avversità.*
Adversarius, ria, rium. Oppositus, inimicus, hostis, & adversus, Cic. *Avversario, nemico.*
Adversaria, orum, ne. ge. plu. num. præscriptiones, Ephemerides. *Memoriale, schizzo, libro di ricordi, lista cotidiana, giornale,* proprie erant tabulæ, in quibus res confuse referebantur, ut postea in aliis tabulis cum ordine describerentur. Cic. pro Roscio, & Budæus ex illo loco.
Adversator, ris, m. ge. Ver. adversarius. *Contrario, avversario, nemico.*
Adversatrix, tricis, fœ. ge. Verbale. Terent. *Contraria, avversaria, dalla parte avversa, nemica.*
Adversitas, tatis, fœ. gen. contrarietas, repugnantia. Plin. *Avversità, contrarietà, repugnanza, e inimicizia.*
Adversio, onis, fœ. gen. dictio usitata apud Jurisconsultos: aliquid emere in adversione, ideſt, rem emere cum hac conditione, ut omnis adversus casus ab emptore suscipiatur. Budæus.
¶ Adverso, as, antique dictum pro verso. Plaut. in Rud. animo adversavi sedulo.
Adversator, toris, ma. ge. Ter. *Il servo, o ragazzo, che va ad incontrare, o levare il Padrone, quando è l'ora d'accompagnarlo a casa, o in qualche luogo.*
Adversor, aris, vel are, atus sum, atum, ati, repugno, obsisto, contravenio, contrapugno, adversarius sum, in aliquem eo, resisto, reclamo, objecto. Cicero. *Opporsi, contrapporsi, contrastare, contrariare, impedire, ripugnare, resistere, ovviare,* adversari alicui, Cicer. *resistere, contrapporsi ad alcuno.* Libidini alicujus adversari. Terent. *Opporsi, e ovviare a qualche sfrenato pensiero d' alcuno.* adversari dignitati alicujus. Cic. pro Sylla. *Opporsi alla dignità d' alcuno,* adversante, & repugnante natura. Cic. Offic. 2. *Mentre che la natura stessa ripugnava:* & pro adversor ab antiquis dicebatur adverso.
Adversum, si, neu. gen. Sub. res adversa. Terent. *Avversità, cosa ripugnante.*
Adversus, sa, sum. Nomen ex participio, & participium ab adverso, Oppositus, repugnans, contrarius, incommodus, Cic. Sallust. *Sconvenevole, contrario, e ripugnante, e che ritorna verso qualche luogo, e contrapposto.* Solem adversum intueri. Cic. *Mirare per diritto il Sole,* arumna adversa. Ter. *Calamità.*
Adversior, & hoc adversius, Comparativum, repugnantior, Plin. *più avverso, contrario, repugnante*
Adversissimus, ma, mum, Superl. maxime adversus, vel quam maxime repugnans, Cæs. *Sommamente contrario, contrarissimo.*
Adversum, & adversus, contra, & erga, versus, præpositiones accusativo servientes, Terent. *Contra, verso, in verso.* adversus Edictum. Terent. *contra l' editto,* adversus homines. Cicer. *Verso gli uomini,* adversus te. Terent. *Inverso te.*
Adverto, tis, ti, sum, tere, observo, attendo, & animadverto. Cic. *Voltare, rivolgersi, voltarsi, e risvegliarsi, far la guardia, star attento,* & Virg. *rivoltarsi a qualche cosa.* Oculos advertere. Plin. *Volgere gli occhi ad alcuna cosa.* Item observo. Cic. *osservare,* animum advertere. Item significat curo, *Aver cura.* Item allicio, Plin. Senec. epist. 10. multa in Euphrate docti advertant, & alli-

& alliciant.
Advertitur, impersonale passivum ab adverto.
adversperascit, verbum defectivum. *Fasi sera, viene la sera, si avvicina la notte, si fa notte.*
advigilo, las, lavi, latum, lare. Terent. *Esser vigilante, maeghiare ad una impresa, Stare attento, vigilante, e con gli occhi aperti.* Alicui advigilare, Tibullus. *Vegghiare per alcuno operando*
advivo, vivis, xi, ctum, vere. *vivere.*
adulatio, tionis, f ge. Verb. assentatio, Cic. *Adulazione, lusinga.*
adulator, oris, m.g. Verb. assentator, Cic. *Alulatore, lusinghiere.*
† adulatorius, Adject. Tab. *cosa adulatoria.*
adulatrix, tricis, f.gen. Virg. Cicer. *Adulatrice.*
adulor, aris, vel are, atus sum, atum, ari, adulo. Blandior, assentor, omnia ad voluntatem loquor, nihil ad veritatem, Cic. *Adulare, compiacere, lusingare, carezzare, far festa, andar a verso,* attribuitur etiam canibus, cum dominis blandiuntur caudæ vibratione, veteres autem etiam dicebant adulo. Vocabulum autem adulandi ductum videtur a voce græca dulos, ideſt servus, quia servile est adulari.
adulter, teri, m. alcul. gener. Unde adultera, teræ, femin. gen. Mœchus, alienæ conjugis corruptor, Cic. *Adultero, adultera.* Nocturnus adulter. Horat. *Adultero, che va di notte* Dictus est adulter, inquiunt Grammatici, ex ad, & alter, seu altera, quod ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat.
adultero, ras, ravi, ratum, rare, Corrumpo, & stupro. Cicer. *Adulterare, giacersi con donna maritata,* & proprie, *Entrare nel letto d' altri.* Novercam suam adulterare. Mar. *Commetter adulterio con sua matrigna.* Adulterare judicium, Cic. de amicitia. *Corrompere il giudizio.* Adulterare tabulas, Cic. pro Roscio, *Falsificare le scritture.* adulterare claves *Contraffare le chiavi.*
Adulterator monetæ, Claudius Saturninus, *Chi fa monete false, monetario.*
adulteror, ris, vel are, atus sum, atum, ari. Deponens verbum, Cicer. *Adulterare, falsificare, falsare, contraffare.*
adulteratus, ta, tum, Plin. *Falsificato, cosa falsata, contrafatta,* Adulteratus nidus, Plin. *Nido adulterato, letto violato con adulterio.*
adulterinus, na, num, adumbratus, fictus, non verus, Cic. *Bastardo, falsificato, cosa finta, falsa, contrafatta.* Nummi adulterini, Cic. *Moneta falsa, danari falsi.* claves adulterinæ, *Chiavi false.*
adulterium, rii, n g. Stuprum. Liv. *Adulterio, contraffazione di matrimonio.* Adulterium committere, Quint. *Commettere adulterio.*

Adultus, ta, tum, ab adolesco, sive part. sive potius nomen. Ut juvenis, qui in flore ætatis est. Cic. *Cresciuto, giovane, adulto, fuori della fanciullezza,* ætas adulta. Tac. *Età grande.* Virgo adulta. Cic. *Vergine da marito,* Ab Ovidio appellatur patiens viri, aut toro apta.
adumbro, bras, bravi, bratum, brare, Effingo, & imitor, Cic. Col. *Adombrare imitare, ritrarre, coprire, ombreggiare, e contraffare,* Morem alicujus adumbrare, Cic. *Imitare, contraffare i costumi d' alcuno.* Item describo, *Disegnare.* Cic.
adumbror, ris, passivum adumbro, fingor, exprimor, *Esser adombrato, e descritto.*
adumbratus, ta, tum, par. & aliquando nomen ex participio. Fictus, non verus, Cic. Adumbrata lætitia. Tacit. *Finta allegrezza.* Item non absolutus, *Incominciato, disegnato, ma non fornito, o ef presso, o dipinto chiaramente.* Item obscurus, *Oscuro, ombroso.* Cic. ut adumbrata virtutum signa habere, ideſt obscura.
adumbratio, tionis, f.g. Verb. Cic. *Prima abozzatura, lineamento d' una pittura.*
adumbramentum. Luc. *Oscuramento, ombreggiamento.*
aduncus, ca, cum, Cic. *Piegato, uncinato, adunco,* Rostrum aduncum, *becco adunco, e piegato di uccello.*
aduncitas, tatis, fœm. gen. Cic. de Nat. Deor. *Piegatura di mani.*
adunguem, Hor. *Perfettamente, compiutamente, a puntino, a punto.* Dant.
aduno, nas, navi, natum, are. Pl. *Adunare, metter insieme, ragunare.*
¶ adunum, significat omnes nullo excepto, Curt. *Tutti niuno eccettuato.* Advocatus, ta, tum, partic. vocatus Cic. *Chiamato.*
advocatus, ti, m.g. subst. Quint. *Avvocato, difensore.* Per advocatum defendi. *Esser difeso da avvocato.* differt a patrono, seu causidico, quod causidicus est is, qui agit causam alterius, advocatus autem erat, quicumque alteri in causa assistebat quocumque modo, sive agebat, sive non.
advocatio, onis, f.g. Verb. Cic. Liv. *Ufficio di avvocato, e concorso di molti chiamati in Senato a consultare.*
† advocito, as, Frequentativum, *Chiamare spesso a se*
Advoco, cas, cavi, catum, care, accerso, & in auxilium voco. Cicer. *Chiamar a consiglio.* Advocari dicitur concio, *Sonare la predica.* Ricc. lib. 3. imit. cap. 60.
advolo, las, lavi, latum, lare, ad aliquem volo, Plin. *Volar ad alcuna parte, e verso qualche cosa,* In locum aliquem advolare, Plin. † *Volar verso qualche luogo.* Item accurro invado, *Arrivare correndo.* construitur autem cum accusativo, vel sine præpositione, ut advolare Romam, aut rostra, apud Ciceronem, velcum præpositione in, ut apud eumdem, advolare in informem anum, vel cum præpositione ad, ut apud eumdem, advolare ad aliquem, i. venire.
Advolatus, tus, m.g. Cic. *Il volo.*
Advolvo, vis, vi, lutum, lvere, *Avvolgere, avviluppare, volgersi verso qualche luogo,* advolvere lapidem, Virg. *Avvolgere, voltare la pietra.*
advorsor, idem quod adversor.
advorsum, pro adversum, & advorto, pro advertо, interdum legitur. Ter. *Contro.*
¶ ad votum, id est ex sententia. Quint. *Secondo il suo desiderio, a sua voglia.*
adurgeo, ges, si, gere, vehementer urgeo, Cel. *Stringere con forza.*
aduro, is, ussi, stum, rere, idem, quod uro, Cic. *Ardere, bruciare, abbruciare.*
aduror, eris, passivum ab aduro, idem quod cremor, uror, *Esser abbruciato.* Cic. Adustus, Liv. *Bruciato, abbrucciato, arso.*
adustio, onis, f.g. Verb. Plin. *Arsamento, abbruciamento, bruciamento, arsezza.*
adusque, dictio compos. ex duabus præp. pro usque ad Virg. *Fino a.*
Adytum, neu. g. sive aditum, locus interior templi, ad quem nulli est aditus nisi Sacerdoti, Virg. *Luogo dove entrano pochi, come un secretario.*

A E

Æ, Diphthongus est.
Æas, atis, Luc. Flumen Epiri, ex Macedonia defluens im mare Jonium.
Æacides, Patronymicum, *Achille, Pirro.*
Ædepol, Jurandi adverbium tam viris quam mulieribus conveniens, ideſt per ædem Pollucis, Cic. *Per il tempio di Polluce, certo per mia fe.*
Ædes, ædis, f.g. in sing. Sacra domus, & templum, Ovid. *Tempio. Chiesa,* ædes sacra. Cic. *Chiesa Sacra, dedicata.* ædes, dium, dibus, fę. gen. in plurali, *Chiese, tempj, case,* ædibus in mediis, Virg. *Nel mezzo della casa,* ædicula, ædiculæ, f. g. Dimin. in Luc. Cic. *Chiesetta, capella.* Ædicula, Pli. *Cassetta delle imagini.* Ædicula Plaut. *Cameretta* Ædæcul, arum, f. ge. plur. num. Cicer. *Cassette.* ædes autem in singulari aliquando posita est pro sepulchro apud Ovid. in epistola Didus: est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Cicer. autem nunquam posuit singularem ejus numerum pro domo, invenitur tamen apud Quint. Currum de rebus gestis Alex. M.
Ædifico, cas, cavi, catum, care, comp. ex ædes, & facio, Extruo, exædifico, construo, parietem duco, facio, Cicer. *Edificare, fare una casa fabbricare,* urbem ædificare, Cic. *Fabbricare una Città.*

Ædificatio, nis, f. ge. Verb. ædificium, *Edifizio, fabbrica,* ipsa actio ædificandi, vel opus ædificatum.
Ædificiuncula, læ, f. gen. Diminut. parvum ædificium, Cic. *Fabbrica picciola.*
Ædificator, oris, mas. ge. Verb. constructor, Cicer. *Edificatore, muratore.*
Ædificium, cii, neu. gen. ædificatio, Plin. *Edificazione, fabbricazione.*
† Ædilatus, tus, dignitas ipsa, qua cura ædium cum sacrarum, tum privatarum obtinebatur.
Ædilis, hujus lis, m. g. Cic. *Edile, maestro sopra le fabbriche sacre, e pubbliche, Signor sopra le fabbriche,* Magistratus Romanus, qui curam gerebat ædificiorum civitatis, platearum, aquæ conductuum, cloacarum, ludorum publicorum, & nonnullarum aliarum rerum: ædilis curalis, cui currus dignitas permissa fuit.
Ædilitas, tatis, f.ge. *offizio, che è sopraſtante alle fabbriche.*
† Ædilitatus, us, idem ac ædilatus, & dicitur etiam ædilitas, tis.
Ædilitius, tia, tium, Cic. *Cosa pertinente al governo delle fabbriche.*
Ædilitius, Subst. ædificationum præfectus. Cic. *Chi è stato proposto alle fabbriche, chi è stato Edile.*
Æditimus, mi, ma. gen. ædium sacrarum ædituus, custos, Varro. Cic. *Sagrestano, guardiano di Chiesa, sacrista.*
Ædituor, &) idem, quod ædem
Ædimimor,) tueor.
Ædituus, tui, m.g. idem quod editimus, Cic. *Sagrestano, sacrista, guardiano, custode di Chiesa.*
Ædon, dictio trisyllaba, hujus aedonis, fæ. ge. Philomela, & luscinia, Virg. *Il Rusignuolo uccellino.*
† Ægæ, gæ, fœm. gen. Urbis prorium in Sithoria.
† Ægea, æ, fæ. ge. nomen Reginæ Amazonum, a qua Ægeum mare nomen præsibavit.
Æger, gra, grum, & ægrotus, Cic. *Malcontento, affannato, afflitto, passionato, infermo, dolente, di mala voglia, debile.* ager amore, Liv. *afflitto per amore.* Æger autem tam de corpore, quam de animo dicitur, unde accipitur pro eo, qui afflictatur dolore corporis, aut animi. Præterea attribuitur rebus in animatis, ut respublica ægra, ideſt afflicta, seu oppressa: ac civitas ægra, & labens, utrumque apud Cic.
† Ægerrimus, a, um, Superlat. ab æger. *indisposto da ogni parte, ripieno d'infermità,* sæpe ad animi morbum refertur, & pro melancholia usurpatur, ut animi ægerrimi, Virg. *l'uomo di animo molto malinconico, confuso, travagliato.*
Ægeon, antiquum nomen Neptuni, & nomen est gigantis, dicti Briatrus.
Ægæum mare. *L'arcipelago, nei nostri proprii.*
Ægilos, pis, f. ge. Plin. *Orabanche a-*

vena. Ægilops, Cels. *Fistola picciola tra le nari, ed il cantone dell' occhio.*
Ægis, idis, fœm. gen. genus superindumenti militaris a Vulcano ex ære fabricatum ad munimentum corporis, in quo Medusæ caput sculpsit: Quod si numinis munit corpus, ægis dicitur: si hominis, lorica, cæ
¶ Ægoceros, otis, signum cæleste est, *Capricorno.*
¶ Ægoceras, herba est, *Fien greco.*
Ægroga, Vide ecloga.
Ægre, adverb. qualit. Virg. *A pena, a fatica, mal volentieri,* ægre alicui facere, Ter. *Far dispiacere, dar noja ad alcuno.* ægre aliquid ferre, Cic. *Sopportar alcuna cosa mal volentieri.*
Ægrius, adv. com. *Con maggior difficoltà, con maggior affanno, o passione.*
Ægerrime, superlat. Cæs *Con estrema fatica, affanno, e passione.*
corona, f.g. inſigne regis, inſigne regium, diadema, ſertum, & capitum etiam pro circulo hominum audientium, Cic. *Diadema, cerchio d'uomini, corona, ghirlanda di fiori, aſſembramento di gente.* Varr. inſignis gemma corona, Virg. *Corona cinge mihi arricchita.* Item ornamentum muliebre, Horat. item curculus circa Lunam item ſignum cæleſte Septentrionale, corona ſcilicet Ariadnæ, corona civica, muralis, caſtrenſis, navalis, ovalis, ſeu triumphalis, & ejuſmodi vide, quid ſint apud alios, ſunt enim ſciru digna.

corono, nas, navi, natum, nare, Virgil. Plin. *coronare, incoronare.*

coronans, part. Hor. *coronante.*

coronatus, aliud part. Propert. *coronato.*

coronarius, rii, m.g. Plin. *Artefice di ghirlande, di fiori.*

coronaria, coronariæ, f. Plin. *Donna, che ſi fa ghirlande di fiori.*

coronarius, ria, rium, quod ad coronas attinet, Cic. *coſa da far ghirlande di fiori.*

coronamentum, ti, n.g. Plin. *coronamento, ghirlanda, fiori, viole, roſe, e ſimili coſe da far ghirlande.*

coronela, Pli. *Roſe autunnali, moſchette di grand'odore, che ſi eſcono come il rubo.*

coronis, dis, f.g. Mart. *cima, Per. Altezza, ſommità di qualche coſa, come di monte, o di edificio, o la fine di qualche coſa.* Unde coronidem alicui rei imponere, colophonem addere, ſummam manum imponere, ultimam manum adjicere, imponere. *compiere, finire alcuna coſa.* Mart. lib. 10. ſed nimius videor ferulque e coron ide longus eſſe liber, ideſt ſine fine.

coronops, podis, m.g. Plin. *erba ſtella.*

coronula, læ, f.g. *coronetta.* Sannaz.

Corophium, Plin *Peſce di mare.*

corpus, corporis, n.g. Cic. *corpo*, Liv. *compagnia di gente d'arme.* Corpus habitus. Celſ. *corpo triſto, pieno di cattivi umori.* condere corpus ſepulchro, Ovid. *Mettere un corpo nel ſepolcro.* corpus arboris. Plin. *corpo tronco di albero.* Servire corpori, ideſt corporis curam habere, in bonam & malam partem ſumi poteſt: indulgere corpori, ſemper in malam. Item volumen, liber, *Volume.* Item pro carne. Cic. vires & corpus amiſi, ideſt carnem.

corpuſculum, li, n.g. Dim. Cic. *corpo picciolo.* Atomi præterea Democriti, ex quibus exiſtimabat omnia fieri, dicuntur corpuſcula fugiter volitantia, & mota in aere, ſicut corpuſcula in radiis Solis ad feneſtram tranſcurrunt, & commoventur.

corpulentus, ra, tum, Plaut. *Graſſo carnuto, corpulento.*

corpulentia, tiæ, f.g. Plin. *corpulenza.*

corporaliter, adv. Plaut. *corporalmente.*

corporatio, quantitas, vel habitus corporis, Col. *corporatura, chi ha gran corpo.*

Corporalis, le, Gel. *corporeo, corpo tale pertinente al corpo.*

Corporatura, f.g. Col. *Quantità del corpo.*

corpor o, as, avi, Plin. *Incorporare, venir in corpo*, item *ammaſſare.* Enn.

corporeus, rea, reum, corporatus, concretus, Cic. *corporeo.*

† corpus meritorium dicitur, quo inhoneſtus queſtus exercetur, uti meretrices, quę victum corpore merentur.

corrad o, dis, ſi, ſum, dere, Ter. *Torre via, uccidere, alienare, radere.*

correct or, ctoris, m.g. Verb. a corrigo, cenſor, & emendator. *correttore.*

correctio, ctionis, f.g. Verb. Temperatio, & emendatio, Cic, *correzione, emendazione.*

correpo, repis, repſi, reptum, repere, idem quod irrepo, Cic. *Arraparſi in qualche luogo.*

† correptio, nis, *correzione, riprenſione.*

correptus, pta, ptum, a verbo corripior, corriperis, Cic. *Ripreſo.*

correptor, Sen. *Riprenſore* a corripio.

¶ corrideo, es, ere, ſimul rideo, Lucr. *Ridere inſieme.*

¶ corrigia, æ, cingulum, quo cingimur, Cic. *correggia, cinſola, cintura.*

corrigo, rigis, rexi, rectum, rigere, E. mendo, compenſo, correctionem adhibeo, aliquem ab errore averto, Cic. *correggere, emendare, raſſettare una coſa*, corrigere mendum, Cic. *Emendare un fallo.*

corripio, ripis, ripui, reptum, ripere, comprehendo, & rapio, Cic. Virg. *riprendere, ammonire, prendere in fretta, con rapacità.* Item contraho, brevem facio, abbrevio ſyllabam, *Fare una ſillaba breve.* Producere e contra, *Farla lunga.* curſum corripere, Liv. *Fermarſi dal corſo.* corripi aliquo dolore, Plin. Jun. *Eſſer preſo da dolore, da infermità.*

corripior, eris, eptus ſum, c apior. *Eſſer preſo.* Item invador, aliqua re afficior, *Eſſer ſoprappreſo.* ut corripi ſomno, febre, morbo, ægritudine, ira, & ejuſmodi. Item cum de ſyllaba dicitur, brevem eſſe ſignificat.

corrivales, Quint. *Quei, che bevono d'uno ſteſſo fiume, che amano una iſteſſa donna.* Quint. a Græcis anteraſtæ dicuntur.

corrivor, corrivaris, vel vare, vatus ſum, vari. Pli. *Far correre, o colare dal fiume l'aqua in un luogo.*

corrivatio, tionis, f.g. Verb. *Il colar dell' acqua dal fiume in un qualche luogo.*

corrivat us, ta, tum, Plin. *Derivato dal fiume.*

corroboratus, ta, tum, Firmatus, confirmatus, cui robur acceſſit, Cic. *Fortificato, che ha preſo forza, e gagliardia.*

corroboro, ras, ravi, ratum, rare, confirmo, Cic. *corroborare, confermare, fortificare, dar forza.*

corrodo, dis, roſi, roſum, ro dere, rodo, Cic. *Rodere.*

corroſus, ſa, ſum, Var. *Roduto.*

corrogo, gas, gavi, gatum, gare, precibus quæro, rogo, pero. Cic. *Ammaſſare da ogni parte, raccogliere, pregare*, colligere, com plicare, Liv. vela cum an-

te ullis ex navibus corrogari juſſit. Sic pe cuniam corrogare, ideſt undequaq ue quærere. & preparare. *Apparecchiare.* Cæſ. Bell. Civ. corrogata ad uſus neceſſarios pecunia, ideſt parata, aut precibus ab aliis accepta.

Corrotundo, das, dare. Sen. *Far rotondo.*

Corrunda, corrundæ, f.g. Col. *Aſparago ſal vatico.*

cor rugo, gas, gavi, gatum, gare, Plaur. *Creſpare, ritirare la pelle.*

corrugare frontem, Plaut. eſt frontem præ indignatione in rugas contrahere.

corrugi, orum, plur. aquæ ex montium jugis ductæ, ad cavandum aurum, a corrivatione dictæ, Pli.

corrumpo', rumpis, rupi, ruptum, rumpere. Depravo, promiſſis in fraudem impello, conſtupro, Cic. *Diſtruggere, anniehilare, corrompere, guaſtare*, rem familiarem corrumpere, Sall. *Conſumare i ſuoi beni.* item deſtruo, vitio, contamino. *Diſtruggere, guaſtare.* Plin. quæ nec aqua, nec igni corrumpi poſſunt. Item allicio, præcipue cum de mulieribus eſt ſermo, Cic.

corruptus, pta, ptum, depravatus, vitioſus, Cic. *Conſumato, guaſto.* judicium corruptum, ideſt pecunia, largitione, ambitione, a jure, & æquitate abductum. Sic mores animi corrupti, depravati, cum vitio deditus eſt quis.

corrupte, Adverb. Male, prave, nequiter, Cic. *Corrottamente.*

corruptor, ptoris, m.g. Verb. Largitor, Cicer. *Corruttore, guaſtatore.*

corruptrix, tricis, f.gen. Verb. Cic. *Donna, che corrompe, e guaſta.*

corruptio, tionis, f.gen. Verb. Cic. *Corruzione.*

corruptela, læ, f.g. Cic. *Corruttela, guaſtamento.*

corruſpor, ris, Plau. proprium gallinarum, aliorumque terreſtrium animalium, cum terram calpentes pedibus fodiunt. Ponitur pro inquiro, examino,

¶ corruptiſſime, adver. ſuperl. ut corruptiſſime dicere; apud Senecam.

corruo, ris, corrui, corrutum, corruere Ruo, & cado, Liv. *Cadere*, Cic. *Fallare, errare.*

corruiſſe opes dicuntur, quæ corruptæ ſunt, Cic.

cors, cortis, vide cohors, *Compagnia.* Item locus in quo aves domeſticæ nutriuntur, unde gallinæ cortales, Sic capo cortalis ſaginatus,

Corſica, *Corſica, Iſola nel mare di Genova, nei nomi propri.*

† Corſicum mare. *Mare della Corſica.*

¶ corſus, qui primus barbam ſibi abraſit, Rhoc.

cortex, cis, dubii gen. Ovid. lib. 1. *Corteccia,*

corticatus, ta, tum, *Che ha ſcorza.*

corticoſus, ſa, ſum, Plin. *Pieno di ſcorza,*

corricula, culæ; f.g. Dim. Col. *Scorza picciola.*

Corrina, corrinæ, fœ. g. Plin. lib. 19. *Caldara da intingere tapezzarie, vaſo a colare l'olio.* Item aulæa, periſtromata, tapetes, tapetia domuum, *Tapezzerie, veli.* Sanct. Hieron. Specialiter velum lectorum circumpoſitum lectis item regumenta, cooperimenta menſarum. item apud Virgilium locus velarus in theatro, ex quo hiſtriones agere dicuntur.

¶ Cortinarii, qui miniſtrant tabernaculo imperatoris. *Coloro, che attendono alle portiere de' Principi.*

corrinale, nalis, n.g. Col. *Luogo dove ſi fanno le caldaje de' tintori.*

corus, rii, m.g. Plin. *Coro, vento Occidentale, e miſura di quaranta mozi.*

coruſco, cas, cavi, catum, care, Cic. *Balenare*, Per. *Riſplendere, lampeggiare*, coruſcare mucronem. Virg. *Cavare la ſpada lampeggiante*, ideſt vibrare.

coruſcus, ca, cum, Virg. *Riſplendente*, Sylvæ coruſcæ, Virg. *Selve lampeggianti, lucenti.*

corvus, corvi, m.g. Cic. *Corvo*, corvos in cruce paſcere, Hor. *Eſſer appicato, paſcere i Corvi ſtando appeſo, eſſer vivanda de' Corvi*-corvus ſerpentem, proverbium in eos, qui ſuis ipſorum inventis cadunt, & pereunt. Sumptum ex Apologo quodam Æſopi: Corvus eſuriens ſerpentem rapuit dormientem, a quo morſus periit.

corycium, n.g. Græc. pera, qua equites utuntur ad circumferendum viaticum, vel alia impedimenta, *Bolgia, biſaccia da cavalcare.*

coryczus, adject. Cic. ad Att. *Curioſo.*

† corybantes, tum, Sacerdotes fuerunt Cybeles, qui etiam dicti ſunt Curetes, ſive Caberi, Idæi, Telchines, alii iiſque nominibus.

¶ corydalus, avis eſt habens in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ galeæ ſpeciem præbent. *Lodola uccello.*

corylus, coryli, f.g. Virg. *Nocciolla, avellana.*

corymbe, corymbes, vide corambe.

corymbus, corymbi, m.g. Pli. *Chioccio la di ellera.*

corymbifer, ra, rum, Ovid. *Che produce tali chiocciole.*

¶ corymbifer etiam dicitur Bacchus, cujus tempora corymbis circumdantur.

coryphęus, phei, m.g. *Primo, o più degno in ogni ordine*, Cic.

coryptus, ti, m.g. Virg. *Turcaſſo.* Boc. *Carcaſſo di ſaette.*

cos, hujus coris, f.g. Liv. *Cote*, Per. *Pietra da aguzzare.*

† cos aquatica, *Pietra da aguzzare con l'acqua.*

cotes oleares. *Pietre da oglio per aguzzare.*

coſmera, coſmetæ, co.g. Ulp. *Cameriera, che adorna la ſua Signora.* Juv.

coſmographia, *Coſmografia, deſcrizione del mondo,*

† coſmographus, phi, *Coſmografo, deſcrittore del mondo.*

mus, vox græca ſignificans mundum, & ornarum, Cic. *Mondo, ornamento.* Microcoſmus dictus eſt homo, in quo omnes fere partes mundi aliqua ratione vigent.

Coſmicus, Adject. Mart. *Mondano.*

Coſſus, coſſi, m.g. Plin. *Verme che rode il legno, tarlo*, coſſa, æ, pro eodem.

coſta, ſtæ, f.g. Virg. 3. Georg. *Coſta.* Enſis tranſadigit coſtas, Stra. *La ſpada l' ha paſſato da un luogo all' altro.*

coſtatus, Adject. Var. *Chi ha gran coſte.*

coſtum, vel coſtus. Plin. *Coſto erba.*

cotaria, riæ, f.g. Alphenus, *Luogo da cavare le pietre d' aguzzare.*

cothurnus, cothurni, ma.ge. Cic. *Coturno.* Arioſt. *Borzacchino* calceamenti genus ſubere ſublevatum, quo tragœdiarum actores in Scena utebantur, ut procetiores viderentur, erat autem calceus ambiguus, qui utrique pedi accomodari potuit. Item ponitur pro ſublimi dicendi genere, quoniam tragedię erant de rebus magnis, & ſtylo, & ſublimi dicendi genere exarabanaur, Virg. ſola Sophocleo tua carmina digna cothurno

cothurnus, Juv. *Suole legate, o pantofole.*

cothurnatus, adject. Mart. *Chi ha borzacchino, ovvero chi compone tragedie, o coſe d'altoſtile.*

coticula, lę, f.g. Pli. *Coticola. paragone, pietra del tocco, per ſaggio dell'oro.*

cotidie, vide quotidie. *Ogni dì.*

cotonea, æ, f.g. herba Venetiis ſic dicta odorifera, ſimilis culinæ bubulæ. Plin. lib 26. cap. 7.

cotona, ſive cotana, Mart. *Specie di fichi*

† cotonerum, ti, *Luogo piantato di cotogni*, ſic hujuſmodi nomina flectuntur, uti roſorum, ſpinetum, olivetum, & alia omnia ſimilis ſignificationis.

cotoneum, nei, nu.g. *Cotogno.*

cotrabus, tabi, m.g. Plaut. *Suono d'una percoſſa.* cotrabus autem erat ex phiala ænea, quæ abſoluto conbivio menſæ vino plena imponebatur, & ex ea vinum in alia vaſa minora effundebatur: ſonus inde exortus, ex catadupis ſcilicet Nili, cotrabus dictus eſt, ex quo convivæ de benevolentia, ſtudio, & amore domini judicium faciebant. Si enim multum ſonaret, fauſtum erat; ſin minus, malum.

coturnix, coturnicis, f.g. Ovid. *Starna, coturnice.*

coryldon, donis, f.g. Pli. *Miſura di vino, conchavità in capo degli eſſi, un'erba.* a Ruellio dicitur umbilicus veneris.

corytto, tus, f.g. Dea impudentiæ apud Athenienſes. Polit. Miſc. lib. cap. 10.

convinus, ni ma.g. Luc. *Carretta, carro da guerra, armato per conquaſſare un' eſercito.* Vehiculum, conjuive, quo Galli, & Britanni in prælio utebantur, Tacit.

convinarius, li, auriga, *Cocchiero.* Mela.

coxa, coxæ, f.g. Celſ. lib. 4. *La coſcia.*

coxendix, coxendicis, f.g. Idem Var.

† coxo, nis, qui maximis coxendicibus eſt.

Cra-

C R

Crabro, crabronis, ma. gen. *Calabrone, gabbarone.* Irritare crabrones, Plaut. *Provocare, un'uomo, che non vi tralasciera vivere in pace.*

crambe, crambes, f.g. Pl. *Specie di caolo.* Bis crambe, mors, proverb. apud Grecos, quod alii sic efferunt, crambe recocta, mors est de re aliqua iterata, quæ nauseam parit, eo quod brassica bis cocta, recoctaque fastidium parit.

† cracentes, tum, Graciles, renuesque corpore. *Gracili di corpo.* Ennius.

cranium, cranii, ne. g. *L'osso del capo, esso capo,* calva capitis. Item poculi genus simile calvæ aut cranio.

crapula, læ, f.g. comessatio, Pli. *Crapula, ubbriachezza, e ogni malattia causata da troppo bere.* Ex halare crapulam, Ci. *Patire di vino dormendo,* Edormite crapulam; apud eumdem pro eodem.

crapulor, aris, depon. *Mangiare, e bere troppo.* Ingurgitare se vino, & cibo, Baccho, & Cerere.

cras, averb. Cic. *Domattina.* a Martiali ponitur pro nomine, dic mihi, cras istud, Posthume, quando venit?

crassamen, minis, n. g. Col. *Materia grossa, come la mucilagine di qualche cosa.*

crassamentum, ti, n. g. Gel. *Grossezza, ingrossamento, spessezza.*

crassatoris m. g. Cic. *A' sassino,* error in orthographia, scribendum enim cum G & vide illud suo loco.

crasse, adverb. Colum. *Spessamente, grossamente, lordamente.*

crassesco, scis, scere, Colum. *Divenir grasso ingrassare.*

† crassities, tiei, *Grassezza.* Ut crassities manuum, *Grassezza delle mani.*

crassitudo, crassitudinis, f. g. Pl. *Spessezza, grossezza.*

crassus, crassa, crassum, Densus, plenior ping uis, concretus, Cic. 1. Tusc. *Corpulento, grasso, spesso, grosso.* roga crassa, crasti no, adverbium, idem quod cras, Gel l. *Dimane, domani.*

crastinus, na, num, Liv. *Di dimani.* dies crastinus, Hor. *Dimani.*

crater, teris: m. g. & cratera, fœ. ge. Vas ad hauriendam aqua m, Virg. *Coppa.* Bocc. *Tazza.* Plin. *La pila di una fontana.* labium fontis.

crates, tis, f. g. Tabula viminibus contexta. Liv. Cæs. 7. Bell. Gall. *Grata, graticcio di vimini, o di ferro.* Virg. *Un'arpige strumento rusticano.* crates stercoraria. Egn. *La barella pel letame.*

craticula, læ, f. g. Diminut ivum. Mart. *Gratella, graticola, grada.*

cratio, tis, tivi, tirum, tire, Plin. *Arpegare, coprire di graticci.*

cratitius, tia, tium, Virg. *Fatto di graticci.*

creatio, tionis, f. g. Ver. procreatio, Cic. *Creazione, generazione, produzione.*

¶ creagra, furcula, qua carnes e fervente vase extrahuntur. *Forcina, o pirone, con cui si cava la carne fuor di pignata.*

Creb re, adverb. Frequenter, Cic. *Sovente, spesse fiate.*

Creator, toris, ma. g. Verb. procreator, genitor, effector, Cic. de Div. *Creatore fattore, genitore.*

cr eatrix, rricis, procreat rix, genitrix, Lucr. *Creatrice.*

creber, bra, brum, Frequens, Densus, fpiffus, Cic. ad Att. lib. 14. *Frequente, spesso,* c rebræ litteræ. Cic. *Spesse lettere.*

crebro, Adverb. Frequenter, Ci. ad Att. & de Sen. *Spesse fiate, sovente.*

crebritas, tatis, fœ. gen. Frequentia, Cic. ad Att. lib. 14. *Spessezza, moltitudine, frequentazione.*

¶ crebriturus, significat vallum crebis furis, hoc est palis munitum, Fest. *Steccato, vallo circondato di pali.*

crebrescos, scis, scere, Plin. rol Epist. *Moltiplicarsi, aumentarsi, spessirsi.*

credo, dis, didi, ditum, ere. Idem, quod fidem habeo, & adhibeo, tribuo, auctoritatem, & fidem adjungo, committo. Cic. & Virg. Mart. *Considerare commettere, imprestare, aver fede fidarsi, credere.* credere sum animũ alicui. Cic. *Scoprire, o manifestare il secreto ad alcuno.* Nimium ne crede colori, Virg. *Non ti fidare molto della tua beltà.* Item puto, arbitror, existimo, Cic. *Pensare.* Tu omnia, credo, vidisti. Item injicio, immitto, cum accusat. mediante prepositione in, Virg. 3. Georg. inque novos soles audent se gramina tuto credere. Construitur cum dativo personæ, Ci. Non satis credidi homini prudenti. *Non mi son fidato.* Vel cum accusativo rei. Cic. omnia facilius credere possum, vel cum accusat. & dat. Ci. hoc mihi credas velim. cum ablativo mediante præpositione de, Cic. de me cito credidisti, ideſt o pinionem bonam de probitate, virtute mea cepisti. omnibus his modis construitur apud Cic. credo Deo, ideſt fidem dictis ejus adhibeo, credo Deum, ideſt credo, Deum esse, credo in Deum, ideſt spem, & fiduciam meam in eo pono.

credens, Part. idem, quod Fidem adhibens, tribuens, habens, & adjungens. Cic. *Che si fida, o crede.*

creditur impersonale Cic.

¶ Crema, *Crema ne i nomi propri.*

creditrix, tricis, f. g. Paul. *Creditrice.*

creditum, ti, n. g. Sen. *Credito.*

credibilis, & hoc le. Probabilis, verisimilis, Cic 4. Ver. *Credibile.* Boc. *Credevole cosa probabile, verisimile.*

credibiliter. Adverbium, Probabiliter, & verisimiliter, Cicer. *Credibilmente, verisimilmente.*

credulus, la, lum, Simplex, antiquus, qui facile credit, Cic de Amic. *Credulo, facile a credere, chi crede facilmente.*

credulitas, tatis, fœ. g. credendi facilitas, Cic. Martial. *Leggerezza a credere facilità a credere.*

cremasteres, Col. *Nervi da' quali pendono i testicoli.*

cremium, cremii, Col. Ulp. *Legno facile da accendere, e pigliasi per carne*

soffritta, fritta in la padella.

Cremo, mas, vi, tum, mare, Ir uncendo comburo, Cic. *Ardere, abbracciare.*

Crematus, partic. Cic. *Arso.*

Crematio, tionis, fœ. gen. Verb. Plin. *Abbruciamento, esso ardere.*

Cremona, *Cremona Città d' Italia ne i nomi propri.*

cremor, oris, m. g. Cat. Cæs. *Amido succo spremuto di grano, o d' altro, come di orzo.*

crena, næ, fœ. g. Plin. *Tagliatura, taglio, incisura.* In sagitta dicitur pars illa incisa sagittæ, in quam nervus immittitur, vel in ipso arcu sunt sectiones illæ cornuum, quibus nervi alligantur.

creo, as, avi, atum, are, procreo, gigno, facio, Ci. de fin. *Produrre, creare, dare l'essere, mettere da principio nell' esser naturale.* Fastidium creare, Plin, *Generare, causare fastidio.* creare errorem, periculum, & varia alia apud Cic.

† creon, tis, Nomen regis Corinthiorum, cui Jason aureum vellus a colchide sublatum dicitur contulisse.

repa, æ, f. g. a principio capra sic dicebatur, nunc in usu non est. Fest.

crepax, cis, Adject. a crepando, refert enim Sen. Mæcenatem dixisse in quodam carmine molam crepacem. *Cosa che fa strepito.*

creperus. Adject. dubius. Fest. *Dubbio, dubbioso.* Bellum creperum, Lucr. *Guerra dubbiosa.*

crepi, orum, luperci sic dicti a crepitu pellicularum. Romani enim in festis lupercalibus noctu nudi vagabantur, & obvios quoſque viros, & mulieres pel libus lacesſebant. Vest.

crepida, æ, f. ge. Solea, calceamentum contrarium cothurno. Cic. Gell. *Pianella, pantofola, feggia di scarpa antica con la suola di sotto, e la correggia di sopra.*

crepidatus, ta, tum, Soleatus, Cic. in Pison. *Calzato di scarpa con la suola di sotto, e correggia di sopra.*

crepidarius, rii, m. g. Gell. *Maestro di pantofole.*

crepidula, læ, f. g. Dim. Gell. *Picciola pianella, pantofola, scarpetta.*

crepido, nis, fœm. gen. Col. *La bocca del pozzo, e orlo della terra, dove batte l' acqua.* Præterea extremitas cujuscumque loci editioris, Sen. Vir. lib. 10.

crepitaculum, culi, n. g. Col. *Cembalo campanello, sonagli, e cose simili.*

crepito, as, avi, arum, are, Freq. a crepo. *Fare strepito, romore, peteggiare.*

crepitans, partic. Ut æra crepitantia, Virg. *Metalli strepitanti.*

crepitus, m. g. Cic. 3. Tusc. *Strepito, un peto, e suono violento di qualche cosa.* Forium crepitus, Plaut. *Strepito di porte.* crepitum reddere, Pl. *peteggiare.* Plagarum crepitus, Cic. crepitus dentium; idem, crepitus armorum, Plin. crepitus frænorum, Varr. crepitus gladiorum, Hirt. crepitus imbrium, Plin. crepitus pedum. Cic.

crepo, pas, vi, tum, are, Plaut. *Gridare,*

re, romoreggiare, strepitare. & apud Virg. *Crepare, rompersi di sotto.* Item per translationem queror, doleo. *Dolersi.* Hor. qui post vina gravem pauperiem crepat.

crepundia, orum, n. g. plur. num. Pla. *Ornamenti da bambini, tutte le cose piccole, con le quali giuocano i fanciulli; come fu nagli, e simili cose.*

crepusculum, li, n. g. Col. Plin. *L' alba, il far del giorno, che si noma tra Cane e Lupo.*

cresco, scis, vi, tum, scere, Rugesco, adaugesco, accresco, adolesco, exolesco mano, serpo, ingravesco, propagor, ascendo, Cic. *Crescere, aumentarsi,* Bembo.

creta, crete, f. g. Terra ælba, & renax, Cic. *Creta, e Candia Isola*

cretatus, ta, tum, Plin. *Imbiancato di creta, cretato, cretico.*

† cretaceus, ea, eum. Confectum ex creta. *Di creta.*

creticus, ca, cum, *Cretico, candioto, di Candia.* creticum vinum, *La malvagia.* Egn.

cretosus, sa, sum, Plin. *Copioso pieno di creta.*

cretio, nis, f. g. Verb. a cerno, cernis. Hæreditatis aditio, Cic. ad Att. *Solennità, che si fa, quando uno entra all' eredità.*

cretus, partic. a cresco, ut sanguine cretus Sisiphio, Ovid. *Nato dalla progenie di Sisifo.*

cribro, as, avi, atum, are, Pli. *Purgare, mondare, vagliare, crivellare.*

cribrum, bri, n. g. Cic. *Crivello, cribro, vaglio.* cribro aquam haurire, proverb. *Faticarsi in vano.*

crimen, nis, n. g. criminatio, & accusatio. item sumitur pro facinore, peccato, fraude, noxa, culpa, delicto, & maleficio. Cic. ad Marium, & Atticum, Virg. *Colpa, biasimo, accusa, querela, e delitto, mancamento, e difetto,* Fal. si criminis reum agi, Ovid. *Esser accusato di falsa colpa.* Facere crimen, Cic. *Commettere una colpa, fare un fallo.* Trahere aliquem in crimen, Tacit. *Accusare alcuno dei complici, condurre nella colpa.* Tuum crimen verum non est, Cic. *La tua opposizione è falsa.* item contentio, inimicitia, *Discordia.* Vir. Sere crimina belli. Item pro falsa suspicione ponitur, *Sospetto.* Idem Æn. formidine crimen acerbat.

criminosus, sa, sum, Cic. *Contenzioso, ingiurioso, incolpato di cose orrende, degno di biasimo, calunniato.*

criminose, Adverb. Cic. *Contenziosamente.*

criminor, aris, are, atus sum, nari, criminationem, vel crimen infero, culpæ vitio do, criminatione utor, criminis loco pono, crimini do in crimen voco & accuso, Ter. *Incolpare, calunniare, biasimare, accusare falsamente.* criminari aliquem alteri, Ter. *Biasimare alcuno appresso di un'altro.*

¶ criminaliter, ut criminaliter agere, cui opponitur civiliter agere, Ulp.

criminatio, onis, f. g. Verb. crimen, &

accusatio, Cic. pro Sex. *Colpa, biasimo, falsa accusa, querela.*

crinis, hujus crinis, m. g. capillus, Hor. Cic. 5. Ver. *Capelli, chioma, crine,* sparsi crines, Virg. *Capelli sparsi.* Unde necterere crimen Lauro, Ovid. *Mettersi ghirlanda di lauro.*

crinalis, & hoc nale, ut vitta crinalis, Ovid. *mazzocchio, benda da raccoglier i capelli.*

¶ criminosissime, Suet. *Criminosissimamente.*

crinale, Substant. n. g. ut curvum crinale, Ovid *Benda curva.*

criniger, Adject. Luc. *Crespato, capigliato, crinuto.*

crinitus, ta, tum, Qui crinem habet, Ci. Virg. *Crespato, capigliato.* Male crinita mulier, Ovid *Donna mal capigliata, di capelli brutti.* Stella crinita, ideſt comera, quæ crinem circumfusum, aut pendulum habere videtur.

¶ crinire, est crines emittere, Stat.

crinor, Plin. *Sorte di giglio.*

crispus, spa, spum, Intortus, Cic. *Torto, intorto, intorchiato, riccio, ricciuto, crespo.* crispa abies, Cic. *Abete pieno di vene ondeggianti.* Non enim solum tribuitur capillis, sed etiam variis rebus ut arboribus, ramis, arborum foliis, idque apud authores probatos, Cic. Plin. Col. & alios.

¶ crisis, judicium, judicatio, sententia. unde dies critici dicti.

crispulus, la, lum, Martial. *Alquanto crespo.*

crispo, pas, pavi, patum, pare, Plin. *Increspare, far crespo, inricciare.*

crispans, tis, Adject. Plin. *iner espato, inricciato.*

crissare, Verbum obscenum, proprie dicitur de motu mulierum in actu venereo, cevere vero virorum, vide cevere.

crista, stæ, f. g. Plin. *Pennacchio, cresta.*

cristula, Dim. *Pennacchietto,* per translationem significat conum, seu summitatem galeæ, Virg. *La cima dell'elmo, pennacchio.*

crista galli, Col. *Erba.*

cristula, lę, f. g. Dimin. Col. *Cresta picciola, pennacchietto.*

cristatus, ta, tum, Mart. *Chi ha cresta.* Aves cristatæ, *Uccelli, che hanno cresta.*

crithe, crithes, f. g. Col. *Orzuolo, infermità, come un grano d'orzo, che vien negli occhi.*

crithmon, crithmi, n. g. *Erba ereta marina.*

criticus, tica, ticum, Cic. *Giudice, che giudica, e fa giudicio,* critici ideſt censores librorum. dies critici apud medicos sunt illi, in quibus judicium faciunt de morbis maxime acuris, ut sunt dies 7. 14. 21. alii autem sunt indicatorii, ut respectu 7. 21. respectu 24. & sic de cæteris.

crocallis, is, f. g. gemma cera sum representans, Plin. lib. 37. c. 10.

† crocario, nis, Verb *Voce del corvo.*

crocatus, ta, tum, *Giallo, inzafferanato.*

† croceus, cea, ceum, pro colore, ut Vestis crocea, Vi. *Veste di color giallo.*

crocinus, cina, cinum, Plin. *Di zafferano,*

no, giallo.

crocio, crocis, crocivi, crocitum, crocire, & crocito, Author Philomelæ, *Gridare, come un corvo.*

crocinum, crocini, *Unguento dove entra zafferano.*

crocito, tas, tavi, tatum, tare, Freq. a crocio, Pla. *Gridare come fa un corvo.*

crocitus, tusom. g Verb. crocitatio, Non *Voce di corvo.*

crocitatio, tionis, f. g. & crocitus, Fest. *Voce di corvo.*

crocodilus, li, m. g. Lacerata est Egypti immensæ magnitudinis, Plin. *Coccodrillo.*

crocodilea, æ, f. g. genus crocodili terrestris, duplex enim est crocodilus, alius terrestris, de quo Plin. & Hor. alius aqueus in Nilo.

crocodilium, Pli. *Erba simile alla cardina*

crocomagma, atis, n. g *Unguento di zafferano, e di feccia d'oglio di zafferano.*

crocota, æ, f. vestis muliebris crocea, C. *Veste antica gialla pertinente a femmina.*

crocotularius, Pla. *Tintore di tali vesti.*

crocum, croci, n. g. & crocus, ci, m. g. Plin. *Zafferano.*

crolaplectilis, Pla. *Ghirlanda di fiori.*

cropalum, li, n. g. Virg. *Campanella, nacara, instrumento musico, usato dagli Egizj, cembalo.*

cruciamentum, ti, n. g. idem, quod Tormentum, cruciatus, Cic. *Tormento, afflizione.*

cruciatus, ciatus, m. g. Verb. idem, quod cruciamentum, tormentum, pena, & supplicium, Cic. *Tormento, o afflizione.*

cruciabilis, & hoc bile, ut cruciabile silentium, Ap. *Silenzio che tormenta.*

cruciabiliter, Adverb. Hir. *crudelmente, in gran tormento.*

cruciarius, Adjectivum, Apul. *Appiccato, degno di esser impiccato.*

crucio, as, avi, atum are, Torqueo, premo, exanimo, angoribus conficio, supplicii smacto, cruciatu conficio, & afflicto, Teren. *Affliggere, cruciare, tormentare,* Cic. parad. Tuæ te ærumnæ premunt, tuæ libidines te torquent dies, noctesque cruciaris tu in cruciatum dari, Cic. vel se in cruciatum dare, indulgere dolori, *Cruciarsi volentieri.*

crucifigo, figis, fixi, fixum, figere. In crucem tollo, Pli. l. 8 c. 17. & Quint. l. 27 c. 2. *Inchiodare in croce, crocifiggere.*

crucifixus, Suet. in Domitiano, cap. 10. *Crocifisso.*

† crucigerulus, li, m. g. Crucis gestator, *Chi porta la Croce.*

crucinus, na, num, Adjectivum, acerbus, insuavis, ut vinum crucinum, quod bibendo crucier.

crudaria, riæ, f. gen. Argenti vena, quę in summo fodinæ reversa est, Plin. lib. 33. cap. 9.

crudelis, & hoc crudele. Idem, quod Durus, inhumanus, ferreus, ferus, terer, immitis, prædo, humanitatis expers, natura asper, barbarus, immanis, inexorabilis, humanitatis immemor, Cic. *Inumano, fiero, crudele,*

dele, Virg. Terræ crudeles; *Paese, o genti crudeli*. idem Virg. 6. Æn. crudeles pœnas, *Pene crudeli*.
crudelitas, tatis, f. g. Sævitia, immanitas, inhumanitas, fertas, acerbitas, atrocitas animi, acerbitas morum, & naturæ immanitas, Cicer. *Crudeltà*. crudelitatem adhibere in aliquem explere, exercere, satiare, Cic. *Usar crudeltà contra alcuno*.
crudeliter, Adverb. dure, & acerbe, Cic. *Crudelmente*.
crudesco, descis, descere, crudum fieri, Virg. 3. Georg. *Incrudire, incrudelire*, Bocc. *Divenir crudele, e più aspro*. crudescit morbus, Virg *La malattia s'incrudelisce*.
cruditas, tatis, f. g. Cic. de Sen. *Crudezza; crudeltà di Stomaco, indigestione*, Colum. lib. 7.
crudus, da, dum, idem, quod immaturus, *Crudo, non maturo, acerbo, fresco, di nuovo fatto*. Ut crudum vulnus, ideſt recens, Plin. in Ep. *ferita nuova*. Cic. de Sen. poma cruda, ideſt non matura, *Pomi non maturi ancora*. Juv. Quint. Orator crudus, *Crudo Oratore*. Sic cibi crudi, qui nondum ſunt digeſti. Sic homo crudus, qui laborat cruditate ventriculi. Pavo crudus, *Pavone crudo, non cotto*. Alvus crudus, Catul. *Venire indigeſto, paſto non digerito*. cortex crudus, Virg. *Scorza verde*.
¶ cruentior comparativum, a cruentus, Juſtin. *Sanguinoſo*.
¶ cruenter, adverb. *Con ſangue*.
cruento, tas, tavi, tatum, tare, ſanguine imbuo, Cic. de Divin. *Imbrattare di ſangue, inſanguinare*.
cruentus, Adjectivum, *Inſanguinato, macchiato di ſangue*, Ut oculi cruenti, Plin. *Occhi macchiati di ſangue*, Ci. *Sanguinolento, crudele*. Ira cruenta, Hor. *Sdegno che brama ſpargimento di ſangue*.
cruentus, crudelis, ut cruenta vox, cruenta oratio, victoria cruenta, quæ multo ſanguine parta eſt, Sal. in Catil.
crumena, menæ, f. ge. Plin. *Bolza, borſa*, & Juven. pro pecunia, continens pro contento,
crumeniſeca, cæ, maſc. ge. *Taglia borſe, eſercitazione* 10. *del Vives*. 319.
crumeniſecium, cii, n. g. *Il tagliamento di borſe, Eſercit. del Vives*. cap. 31.
† crumenula, læ, *Borſetta*. diminut. a crumena.
cruor, Thraciæ pòrtus. Pomponius l. 2. *Porto, luogo di Tracia, regione di Europa*.
cruor, hujus cruoris, ma. gen. Sanguis e vulnere ſparſus, & fuſus, Virg. l. 4. & 8. Æn. *Sangue, che eſce da una piaga*, Manantem ex ore cruorem ejectare. Sall. *Gettar ſangue per bocca*.
crupellarii, orum, plur. qui ſint, docet Tacitus lib. 3. his verbis, adduntur e ſervis gladiaturæ deſtinati, quibus more Gerico continuum ferri tegmen, crupellarios vocant in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.
cruricrepidæ, arum, Plaut. dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro.
crus, cruris, n. g. Cæſ. *Schinco, che ſi ſtende dal ginocchio al piede*. Unde diminutivum cruſculum formicæ, Mart. *Schinchetto di formica*. crus arboris, Col. lib. 5. cap. 11. *Ramo di arbore, che ſia polito, e ſenza groppo alcuno*.
cruſma, matis, n. gen. Mart. lib. 6. *Cimbano da ſonare*.
cruſta, ſtæ, f. g. Plin. Vir. 4. Georg. *Croſta, corteccia, ſcorza, guſcia dura di qualche beſtia, incroſtamento di marmo ad un muro*, Cæſ. *La croſta di una piaga, che ſi reſtringe*.
cruſtarius, rii, m. g. Plin. *Chi intonica, o incroſta le mura*.
cruſtatus, ta, tum, Plin. *Chi ha croſta, o coperta dura*.
¶ cruſtare, cruſtam inducere, & materia dura integre. Plin. *Incroſtare, coprire qualche coſa*.
cruſto, as, avi, atum, are, Plin. *Incroſtare, far dura coperta*.
cruſtoſus, ſa, ſum, Plin. *Chi ha ſcorza groſſa*.
cruſtulatum, ti, n. ge. *Il croſtolo, la paſtella, nell'Eſerc. del Viv. c. 99*.
cruſtumium, *Conchilio fiume nei nomi proprj*.
cruſtula, ſtulæ, f. g. Diminutivum a cruſta, Apul. *Croſtetta*.
cruſtum, cruſti, n. g. Virg. *Pezzo di pane, o d'altra vivanda, che ſi dà a'fanciulli*.
cruſtulum, ſtuli, n. geu. Dim. Hor. *Scalletta, torta, buzzolato, che ſi dà a' fanciulli*.
cruſtularius, Plin. *Venditore di tali coſe*.
cruſtumina pyra, Plin. l. 15. c. 15. & lib. 13 c. 7. *Peri coſtrumini da croſtumina villa, pere ghiacciole*.
Crux, crucis, f. g. patibulum, Cic. Virg. & Ter. in Eunucho, *Croce, ſtormento, afflizione*, in crucem tollere, agere, figere, ſuffigere, apud Cic. omnia, ideſt crucifigere, *Crocifiggere*, Cic. crucem proponere, offerre, minitari alicui, *Offerir ad alcuno le forche*, abire in malam crucem, in malam peſtem, malis avibus. *Andare in mal'ora, ſu le forche*.
cryptoporticus, hujus cryptoporticus, f. g. Plin. *Portico, rinchiuſo da ogni parte*.
crypta, ræ, fœ. g. *Grotta, caverna* Juven.
crypticus, ca, cum. Significat occultum, & ſubterraneum. Sidonius. Unde & homo crypticus, Jul. Firm. *Uomo ſecreto*.
cryſtallus, ſtalli, f. g. & cryſtallum, ſtalli, ne. g. Plin. lib. 30. cap. 2. *Criſtallo*.
criſtallinus, na, num, Plin. *Chi è di criſtallo*, cryſtal linum vitrum, Juv. *Vetro criſtallino*.

C U

Cuba, bæ, f. g. Lectica, Feſt. *Lettica*.
cubiculum, li, n. g. conclav, cella, teſtudo, Cic. 4. Verr. *Camera da dormire*.
cubicularius, Adj ut cubicularia lucerna, Mart. *Lucerna, lampada di camera*.
cubicularius, rii, m. g. cubiculi miniſter, Cic. *Servitore di camera, cameriero*.
cubicularis, & hoc cubiculare, *Pertinente a camera*, ut lectus cubicularis. Cicubile, lis, n. g. Cic. *Covile, letto, o altro luogo da coricarſi, nido di uccelli*, Col. *Caverne, e luoghi da tenere a dormire le beſtie*. cubile ſalutatorium a Vitruvio dictum, in quo ſimulacra Deorum collocata erant, a Plin. appellatum larium a laribus.
cubitale, is, n. g. vel cubital, cubiti ornamentum, Hor. *Qualche ornamento del braccio*.
cubito, tas, tavi, tatum, tare, frequ. Idem, quod, Sæpe cubo, Cic. pro Cælio. *Coricarſi ſpeſſo*.
cubitor, toris, m. g. Verb. ut Bos cubitor, *Bue, che ſi corica ſpeſſo*.
cubitus, hujus cubitus, m. g. *Il giacere, coricarſi*.
cubitus, cubiti, m. g. vel cubitum, cubiti, n. g. Plaut. *Gomito, braccio di miſura, cubito di un piede, e mezzo*.
cubitalis, & hoc cubitale, Pl. *Alto un cubito*.
† Menſura cubitalis, *Miſura di un cubito*
cubo, cubas, cubui, cubitum, cubare, Recumbo, & accumbo, Ci. *Ripoſarſi, giacere, eſſere ſteſo, coricarſi*, Hor. *Eſſere infermo nel letto*. cubare in faciem, Juv. *Eſſere ſteſo con la faccia in giù*.
cubus, i, m. g. corpus ſolidum, & quadratum, ſicut ſunt aleæ in Arithmeticis. numerus dicitur cubicus, ſeu cubus, quum ſemel in ſeipſum numerus aliquis ductus producit numerum, in quem doctus producit cubum, ut ter in ſeipſum ductus facit 9. in quem iterum ternarius ductus facit 27. numerum cubicum.
cubicus, a, um, radix cubica, ut 3. ad 27.
cucubo, as, avi, proprium eſt vocis nctuæ.
cuculio, lionis, Catul. *Scartoccio, cappello, o cappa portata in capo per la pioggia, capuccio*.
cucullus, cuculli, m. g. Iuven. *Scartoccio di una cappa, cappa, che portano le donne per la pioggia*. Cucullus preterea ſignificat partem illam veſtis qua Monachi caput tegunt, *Capuccio*, unde dicuntur Monachi cucullati.
cuculus, cuculi, m. g. vel cucullus, cuculli, Hor. *Cucciolo, cucco uccello*.
cucullatus, cucullata, cucullatum, Col. Cucullo indutus.
cucuma, mæ, f. g. Mart. *Bronzo, e cogoma di ferro, o di rame*, cucuma præterea eſt rugurioium pauperum. Mart. *Caſetta*.
cucumella, læ, f. g. Dimin. Alphenus, *Padella picciola*.
cucumer, ris, m. g. Plin. *Cucumere*, cucumerarium, rii, n. g. Pl. *cucumerario, luogo dove naſcono cucumeri*.
cucumis, m. g. Pl. *cucumero*.
cucumis, is, f. g. genus piſcis ex genere concharum, Pl. l. 20. c. 2.
cucurbita, tæ, f. g. Pli. *Zucca*.
cucurbitula, læ, f. g. dim. Col. *Zucchetta, zucca picciola, ventoſa da cavar ſangue, coperta, cornetto*.
¶ cucuto pullon, porcellus, vox græca.
cucurbitinus, adject. ut cucurbitina pyra, Cat. *Peri in forma di zucca*.
cucurio, is, ivi, per onomatopœiam dictum, ſicut multa alia, gallorum autem eſt proprium, ſicut pipire pullorum, aut columbarum, & gracillare gallinarum.
cudo, onis, capitis tegumentum excolio, *celata di cuojo*. Sil.
cudo, dis, di, ſum, dere. Col. *Battere, ſtampare, coniare, improntare, ſegnare battendo*. cudere argentum. Ter. *Batter moneta*.
cujas, hujus cujatis, adj. Cic. *Di che patria, paeſe, parte, gente, nazione*, cui reſpondent iſta, veſtras, noſtras, aut ſimilia. *Di voſtro, paeſe, di noſtro*.
cujus, ja, jum, ut cujam vocem audio. *chi odo io parlare*.
cujuſmodi, indeclin. *Di qual maniera*. compoſitum ex duobus genitivis, cujus, & modi.
culcitra, culcitræ, f. g. pulvinus, & lectulus, Cic. *celtrice, coltra da letto, di piuma, o di lana*.
culcitrula, dim. Plaut.
culeus, lei, m. g. Pl. *culeo, utre, un ſacco di cuojo, miſura di quaranta anfore*. Erat autem culeus pœna parricidarum, in quo cum cane, ſimia, gallo, & ſerpente imponebantur, & in mare conjiciebantur. Juv. cujus ſupplicio non debuit una parari ſimia, nec ſerpens, uns nec culeus unus.
culeolus, li, m. g. dim. *Sacchetto di cuojo*.
culeola, lorum, n. g. plur. num. Feſt. *Guſcie di noce*.
culearis, & hoc culeare, Cat. *che tiene quaranta anfore*.
culex, licis, m. g. Hor. *Zenzala, zenzara*. Dant.
† culex vinarius, *Moſciolino, che è generato dal vino*.
culigna. Cat. *Vaſo da bere*.
¶ culinarius, & culinor, aris, quod eſt culinam exerceo.
culina, næ, f. g. popina, coquina, Cic. Var. *cucina*. Boc.
culmen, nis, n. g. Virg. *Tetto, colmo, cima di una caſa, o di torre*. Plin. *Generalmente ſignifica la ſommità di qualunque coſa*. Pervenire ad culmen. Plin. *Venire alla più parte alta, che ſi può*.
culmen. Ov. *Strame*.
culmus, mi, Virg. *Gamba, o calamo della biada, come di avena, e ſimili*.
culpa, pæ, f. g. cauſa, crimen, reprehenſio, Cic. *peccato colpa, mancamento, offeſa fatta*. Culpa hæc a me procul eſt. Ter. *Queſto non è venuto per mia colpa*. Carere culpa, & vacare culpa Cic. *Eſſer innocente ſenza peccato*.
culpa teneri, Cic. *Eſſer colpevole*. pœnam culpæ effugere non poſſe. Cic. *Non poter vietar il meritevole caſtigo*.
Secreta culpa. Sen. *Peccato occulto*.
culpam contrahere, communiter, Cic.
culpæ affinis, ideſt culpa teneri, extra culpam eſſe, a culpa eſſe, ideſt culpa vacare, modi loquendi imitandi cum opus eſt.
Culpo, pas, pavi, patum, pare, culpæ do, vel tribuo, & in culpa pono, Cicer. in Salluſt. *Incolpare, dare la colpa, biaſimare, riprendere*.
¶ culpabile. Apul.
¶ culpatius, Gell.
¶ culpito, as, are, frequent. Plaut. *Biaſimare ſpeſſo*.
culpatio, verb. Gell. lib. 10. c. 32. *Biaſimo, riprenſione*.
culter, cultri, m. g. & cultrum, i, m. g. Cic. 2. Off. & Ovid. *Coltello*.
coltellus, li, m. g. dim. Var. de re ruſt. & Hor. *Coltellino, temperino*.
cultellatus, ta, tum, & cultratus. Plin. *Acuto, tagliente, a foggia di coltello*.
culcio, tionis, f. g. Cic. de Sen. *Lavoro*. Bocc. *Lavoriero, coltura*.
† cultor, tis. *Oſſervatore*. Litterarum cultor, *Studioſo*.
cultrarius. Suet. *Che uccide le beſtie in ſacrifizio*.
cultratus, adject. & cultellatus, ut cultratus mucro. Plin. *Ponturo a forma di coltello*.
cultus, ta, tum, a color, coleris. Plin. Cic. 1. Offic. *Colto, ornato, adornato, lavorato*. animus cultus, Cicer. *Animo ornato di ſcienza, e di virtù*.
cultus hujus cultus, m. g. verb. ornatus, Cic. 1. Off. *Adornamento, lavoro, ornamento*. cultus vitæ, Cic. *Onestà, e comodità di vivere*. i, e, cultum adhibere, tribuere, facere, adorare, colere, *Adorare*. Ad civilem, & humanum cultum deducere, *Incivilire*.
cultor, ris, m. g. verb. Liv. & Cic. de Off. *Cultore, lavoratore, abitatore*.
cultrix, cis, f. g. Verb. Cic. *Femmina, che lavora, e s'affatica in qualche coſa*.
cultura, ræ, f. g. cultio, & cultus, Cic. *Lavori di campi*.
cum, præpoſ. ſerviens ablat. caſui, Con, ut cum cura legere, Plaut. *Leggere con attenzione*.
cum, ſive quum, adv. Cic. Ter. Plaut. *Benchè, conciofiachè*. cum etiam non ſolum ſignificat, cui reſpondet tum.
cumatile. Plaut *Veſte alla Perſiana*.
cumerum, i, n. g. vaſis genus in nuptiis, in quo erat nubentis ſuppellex, Feſt.
¶ cuminum, vide cyminum.
cumera, cumeræ, Hor. *Vaſi di vimini, o di terra da tenervi formento*.
cumprimis, in una dictione, adv. *Più che altri, ſommamente*.
cumulare, adverb. plane, abundanter, majore menſura, Cic. 2. de Div. *Abbondantemente, abbondevolmente*.
cumulatim, adv. Var. *A mucchi a monti*.
cumulatus, ta, tum, expletus, plenus, perfectus, Cic. *Accreſciuto, tanto pieno, che più non ne cape, abbondante*.
cumulus, li, m. g. acceſſio, ſum ma, acervus, Cic. Virg. *Maſſa, cumulo, mucchio*, Liv. *monticello, e quello, che ſi aggiunge ſopra la giuſta miſura*. cumulus commendationis, Cic. *Moltitudine di raccommandazioni*. hac re accedet cumulus tuis laudibus, Cic. *Per queſto ſarà fatta una gionta, o creſcimento delle tue lodi*.
cumulo, las, lavi, latum, lare, coacervo, augeo, expleo, adaugeo, compleo, perficio, Cicer. ad Art. lib. 4. *Accumulare, mucchiare, mettere inſieme, ammaſſare in un monticello, aumentare*. cumulare benefacta, Pla. *Aggiungere beneſizj a beneſizj*. cumulare ſcelus ſcelere, Cic. *Aggiungere, peccato a peccato*.
cunabula, lorum, n. g. plur. a. cunæ rudimenta, Cic. *Cune di fanciulli, e altre coſe tali*. a cunabulis, ſeu ab incunabulis, Liv. *Da fanciullo*. cunabula eriam ponuntur apud Virg. pro inirio, *Origine*. mons Idæus, ubi & gentis cunabula noſtræ.
cunabula avium, Plin. *Nido degli uccelli*.
cunæ, cunarum, f. g. plur. num. cunabula, Plaut. *Cuna, e cune*, Pet.
cunctor, cunctaris, vel cunctare, cunctatus ſum, cunctari, verbum deponens, remoror, retardo, differo, Liv. *Allungare, ritardare, tardare aſſai, far lunga dimora*. unus homo nobis cunctando reſtituit rem, ideſt moras trahendo. Ennius, loquens de Fabio Max. Romano.
cunctatio, tionis, f. g. Verb. mora, tarditas, Cicer. *Indugio, tardanza, dimora, tardamento*.
cunctator, oris, m. g. verb. Liv. *Che è tardo a fare qualche coſa, e non ſi riſolve*.
cunctabundus, da, dum, adject. Liv. *Che la tira in luogo, e va con diſpiacere a qualche impreſa*.
cunctanter, adv. Liv. *tardamente, ſenza fretta*. cunctanter aliquid facere, Plin. *Fare qualche coſa ſenza affrettarſi*
¶ cunctus, cta, ctum, adject. *Ogn'uno*, omnis, quivis, cuncti diſcipuli, *Tutti gli ſcolari*.
cuneus, cunei, m. g. Cic. *Cugno, pezzo da fondere i legni*, Iuv. *Congiunzione di un'edifizio, teatro*, Liv. *Ordinanza di fanteria, ſtretta nella fronte, e larga di dietro*.
cuneolus, cuneoli, m. g. dim. Cicer. *Picciolo cugno*.
cuneo, as, avi, atum, are, Plin. *Cugnare, ſtringere con cugno*
¶ cuncti, omnes, toti, univerſi, quaſi conjuncti, auctore Auſonio.
cuneatus, ta, tum, Liv. *Pontellato, più ſtretto da un capo, che dall'altro*.
cuneatus ager, Col. *Campo, che viene in ponta*.
cuneatim, adv. Cæſ. *Per picciole bande, e campagne*.
cuniculus, li m. g. foramen occultum ſub terra, Varr. *Caviglio* Cæſ. *Mina, cavo ſotto terra*. Plin. *Un cannone, condotto, canale*. Eſt foramen, ſeu via ſub terra occulta ad ſuffodiendas urbes. *Mina*, Plin. unde civitatem, aut arcem cuniculis expugnare, oppugnare, *Far delle mine per combattere la città*. Et agere cuniculos, Cæſ. *Fare le mine*, quod barbare dicitur, *minare*.

Cuni-

cuniculosus, sa, sum. Catur. *pieno di mine, o caverne.*
cunicularius, rii, m.g. Veget. *Cavatore, che fa mine.*
cuniculatim, adv, Pl. *A foggia di cugno.*
cunicula, læ, f.g. Cel. *Origano.*
cunila, læ, f. g. herba vulgo pulicaria dicta a necandis pulicibus.
cunilago, ginis, f. g. Plin. *Cunilagine erba.*
cunina, æ, f.g. Dea, quę cunis infantium, aut ipsis infantibus, dum in cunis erant, præsidebat.
cunnilingi, homines sordidissimi, a cunnis lingendis.
cunnus, pudendum muliebre.
cupa, cupæ, f.g. Varr. *Coppa.* Cic. *Botte vaso da vindemia.*
cupedia, cupediæ, f.g. cibus suavis, & laurus. Cic. *Vivanda*, & pro eodem, cupedium, n.g. Pl.
cupedinarius, rii, m.g. Ter. *Rostitore, vivandiere.* cupedinarium forum, *Piazza da vettovaglia.*
† cupedinor, aris, *Banchettare, apparecchiare vivande.*
cupedo, inis, antiquitus dicebatur, & nunc dicitur cupido.
cupes. Var. *Vivanda.*
cupido, hujus cupidinis, m.g. Cic. de nat. Deor. *Cupido, Cupidine, il Dio d'Amore.*
cupido, hujus cupidinis, f.g. Pl. *Appetito di qualche cosa*: jejuna cupido. Luc. *Desio di mangiare.* Reperitur etiam aliquando in masculino, apud Hor. Od. 16. nec timor somnos, aut cupido sordidus aufert.
cupidus, da, dum, studiosus, appetens, avidus, amans. Cic. *Volonteroso.* cupidus honoris, divitiarum, amicitiæ, dignitatis, scientię, litterarum, virturis, amicorum, & ejusmodi natura, inquit Pl. humana semper novitatis cupida est, *Desideroſa di sentire cose nuove.*
cupide, adv. studiose. Cic. *Affettuosamente, con gran desiderio.*
cupiditas, tatis, f.g. aviditas, libido, desiderium, amor, ardor amoris, & cupiditatis sitis, ardor mentis ad gloriam, animi impetus. Cic. *Cupidità, cupidigia, ingordigia, volontà, avarizia, desiderio, brama.* cupiditate alicujus rei teneri, *Bramare.* cupiditatem coercere, cohibere, confringere. contra, cupiditatem alicujus rei alicui injicere, afferre, præbere, facilia sunt, & multa alia similia.
cupio, pis, pivi, pitum, pere, opto, desidero, aveo, exopto, appeto, concupisco, cupidus sum, studeo, sitio, studio ardeo. cupiditate ardeo, & flagro. Pl. *Desiderare, bramare, desiare.* cupere nuptias. Ter. *Bramare di maritarsi.*
cupiens, part. Pl. *Bramoso, desideroso.*
cupienter, adv. Pl. *Con gran desio.*
cupitus, part. Pl. penult. prod. 10. 89.
cupitor, ris, verb. Cic. 1. de Div.
cupressus, hujus cupressi, & cupressus hujus cupressus, f.g. Plin. l. 3. c. 31. & Dioſc. l. 1. *Cipresso, albero.*
cupressinus, na, num. Pl. lib. 23. c. 4.

10. *Di cipresso.*
cupresseus, sea, seum. Liv. *Fatto di cipresso.*
cupressetum, ti, n.g. *Luogo piantato di cipressi.*
cupressifer, adject. ut mons cupressifer, Ovid. *Monte, che produce cipressi.*
¶ cupressus, a, um, quod ex cupressu confectum est. Liv. *Fatto di cipresso.*
cuprum, cupri, n. g. *Rame metallo.* Plin.
cupreus, prea, preum. Plin. *Di rame.*
cuprinus, a, um, idem, quod cupreus, clavi cuprini. *Chiodi di rame.*
cur, adv. quid est: & quid est causæ Cic. pro Rosc. & Ter. in Andr. *Che perchè, perchè causa, per qual causa per qual cagione?*
cura, curæ, f.g, diligentia, solicitudo, studium, angor, cogitatio, meditatio, molestia, acerbitas animi, angor. Cic. *Noja, affanno, molestia, fastidio, pensiero, consideraxione, travaglio, amore,* felix curarum. Stat. *Felice per pensieri, che giovano.* a cura animum abducere, traducere, *Tirarsi di fastidio, o pensieri.* adhibere curam, & diligentiam in re aliqua, in curiam incumbere, curam alicui dare, injicere, conferre, afferre, & plurima alia: cura mihi erit, *Io ne averò cura.*
curatio, tionis, f.g. verb. a curo, cura, & procurario, & administratio. Cic. *Cura, il medicare.*
curantia, tiæ, idem, quod curatio. Cic. ad Quin. Frat.
curator, toris, m.g. verb. procurator, præfectus. Cic. *Curatore, tutore.* Et curatores in jure appellantur, qui rebus curandis præficiuntur, ut curatores urbis, & annonæ dicebantur ædiles.
curatoria, riæ. Her. in l. 1. ff. de decus. tur. *Ufizio, e carico di curatore.*
curatus, ta, tum. Plin. jun. *Fatto con cura, e diligenza.* curata cute. Hor. loquensde moribus Epicureorum, bene curata cute nitidus, id est boni habitus, carne, & vultu nitido, splendido, obæso.
curate, adv. diligenter, accurate. Tac. *Diligentemente, con attenzione.*
curculio, lionis, m. g. Var. de re rust. l. 1. c. 63. *Tignuola, verme picciolo, che rode il formento, zignuolo, o gargaglione.*
Curcura, Insula in mari Adriatico.
¶ curiona, sacra, quæ a curionibus in ¶curis fiebant.
curia, riæ, f. g. sedes, ac templum publici consilii. Cic. de Sen. & lib. 3. de Or. *Corte, Senato, luogo da consultar di cose pubbliche.* Aliquem in curiam deducere, ducere, *Condur alcuno a Senato.* curiæ autem erant partes populi, prout Romulus pop. Rom. in triginta curias diviserat.
curialis, hoc & curiale, tribunlis, municeps. Cic. & Plaut. in Aulul. *Dell'istessa curia.*
curiatus, adject. curiata lex. Cic. ad

Att. l. 4. Et comitia curiata, vide Alex. ab Alex.
curiatim, adv. Gell. *Di corte in corte.*
Curio, curionis, m.g. Orator insignis. Cæs. *Curione.*
curiosus, sa, sum. Cic. *Curioso, diligente,* ut plurimum in malum partem sumitur.
curiositas, tatis, f. g. Cic. *Curiosità.* curiositate laborare, *Esser curioso.*
curiosè, adv. diligenter. Cic. ad Att. l. 6. *Diligentemente, curiosamente.*
† curiosius, *Troppo curioso, famente,* adv. a curiosius, a, um.
curo, ras, ravi, tatum, are, do operam, laboro, elaboro, stu deo, diligentiam adhibeo, curam, & curationem in aliqua re pono, cura, ac diligentia complector. Cic. 3. de Or. *Curare, operare, dar opera, affaticarsi, proccurare, aver cura, diligenza di qualche cosa.* curare ædes. Plin. *Aver cura di casa,* fidem suam curare. Pl. *Esser diligente a mantener le promesse.* medicaminibus curare, *Guarire con medicina.* curare cutem. Hor. in malam semper partem sumitur, corpus, carnem immodice nutrire, indugere ventri solvenda debita conficere, *Apparecchiare.*
more Epicureorum. curare pecuniam apud Cicer. est pecuniam ad disp. † curatus, ta, tum, partic. a curo. *Medicato, curato,* a morbo curatus. *Guarito dalla malattia.*
¶ curax, acis, adj. diligens, curæ, & vigilantię plenus, *Diligente, vigilante.*
curriculum, culi, n. g. spatium quod curritur, stadium, & cursus, & cursus. Curt. *Picciol carro, carretta.* Cic *luogo da correr con la carretta.* industriæ curriculum, Cic. *Corso di nostra industria, e fatica.* Sic studiorum philosophiæ curriculum. absolute curriculum studiorum, & ejusmodi trita.
curriculo, adv. Plaut. *Prestamente, subitamente, tosto, in fretta.*
curro, is, cucurri, cursum, ere, ut cursum conficio, cursum teneo, cursum curro, Gic. Ov. *Andar in fretta, correre.* currere subsidio, Cic. *Correre ad ajutare.*
curruca, cæ, f. g. Juv. *Uccello picciolo, che alieva gli altrui figliuoli, pensando, che siano suoi.*
currus, hujus currus, m.g. vehiculum. Sen. Virg. *Carretta, carro.*
cursim, adv. significat currendo. Cels. & Plaut. *Correndo.*
cursito, tas, ravi, tatum, tare, frequenter a curso. Ter. in Hec. *Correre spesse, correr qua e là.*
curso, as, avi, atum, are, frequenter a curro, frequenter curro; Cic. in Catil. Ter. in Hec. *Correre spesso.*
cursor, ris, m.g. verb. *Corritore, staffiere, corriere, cursore.* Petr. *Turba d'amanti, e miseri cursori.*
cursorius, ria, rium, adject. ut cursoria navis. Sidon. *Corsaro.*
cursura, ræ, f.g. Plaut. Varr. *Corso.*
cursus, hujus cursus, m.g. verb. curriculum, lapsus, iter, Plin. l. 11. cap.

20. *Corso, il correre.* Tam de navigante, & equitante, quam pedibus iter faciente. recto cursu, Plin. *Per un corso retto.* Cursum currere, idem, quod curro, græcissmus.
Profundum, di, ne. g. substant. idem est, quod mare, Ovid. *Mare*.
profuse, Adverb Liv. *In grande abbondanza, eccessivamente*.
profusus, ta, sum, immodestus, immoderatus, item distributus, abundans, Pl. *abbondante, sontuoso, sparso*, profusus homo, Ci. *Spenditore, sfonciato, prodigo*. profusa hilaritas, C. *eccessiva allegrezza*. Risus profusus, *Riso smisurato, eccessivo, senza misura*.
progemmo, as, are, Col. *Far bottoni, e metter la vite da primavera*.
progener, ri, Modestinus, *Marito di mia nezza*. Suet. *padre di mio Genero*.
progenero, as, are, Plin *generare*.
progeneratio, nis, f. g. Verb. *generamento*.
¶ progeniculo, in genua procumbo.
progenies, ei, f. g. proles, genus, C. *generazione, linea di parentado, razza, stirpe, prole, casata*.
† progerminans, tis, pullulans, abundanter germinans, *che germoglia, abbondante*.
progermino, as, are, Pl. *germinare in copia*.
progero, is, essi, stum, gerere, Pli. *gittar, o metter fuori*.
progigno, gnis, genui, genitum, gnere procreo, gigno, Cic. *generare*.
progenitor, Ovid. *Avolo*.
¶ prognare, Adv. Aperte, auctore Festo.
¶ prognariter, audacter, strenue, *Audacemente, strenuamente*.
prognatus, a, ta, tum, Adject. natus, procreatus, C. *Nato, generato*.

prognosticum, conjectura, signum rei futuræ, divinatio, Cic. *pronostico*.
progredior, eris, vel ere, essus sum, essum, di, progressionem, vel progressum facio, procedo. Ci. *Andare avanti, uscir fuori*. progredi obviam, Liv. *andare all'incontro*. progredi per translationem significat sermonem extendere. Cic. 5. Ver. *parlare lungamente*.
progredens, hujus entis, par. C. *chi va avanti*.
progressio, nis, f. g. progressus, processus, Cic. *esso andare avanti*.
progressus, us, m. g. processus processio C. *avanzamento, esso andare avanti*. accipitur præterea pro profectu, quem ex aliquo studio facimus, C. 3. Tusc. *profitto studio, avanzamento*.
† progymnasmata, tum, n. g. in numero tantum plurali, exercitamenta, exercitationes, quibus assuescunt discipuli Rhetoricæ candidati dicendo, antequam ad oratoria opera elaboranda descendant.
prohibeo, es, ui, itum, ere, veto, interdico, excludo, obsto, non permitto, arceo, repello, non concedo, coerceo, Cic. Vir. *vietare, proibire, impedire una cosa, che non si faccia*, prohibere itinera, Cæs. *impedire il passo*.
prohibitus, ta, tum, particip. interdictus, repulsus, non concessus, *impedito, vietato*.
prohibendus, a, lud par ut prohibenda maxime ira in puniendo, Cic. *si ha da guardare dalla collera nel castigare*.
projecta, rum, n. g plur. nu. Bud. *luoghi sospesi nella casa, sporti, poggiuoli*.
projectio, onis, f. ge. verb. a projicio, porrectio, C. *estendimento*.
projectitius, a, um, ut puer projectitius, sicut fuere Romulus, Cyrus, Oedipus, *Chi è posto fuori su la strada alla ventura*.
projectura, ræ, f. g. Virg. *ciglio, o corona spinta fuori del muro a salvarlo dalle piogge*.
projectus, hujus us, m. g. Pl. *gittamento*.
projectus, a, um, part. a projicior, porrectus, C. Col *gittato lontano*, urbs *in* altum projecta, C. *Città posta, fabbricata in alto*. projectus in æquor, O. vid. *steso, sparso in mare*. projectus puer, Plin. *posto alla ventura su la strada*. projectus præterea significat vilem, abjectum, Tac. *sprezzato, vile*. projicere enim animus est despondere, aut abjectum se reddere. Vide projicio suo loco, *Avvilirsi*.
proinde] adverb. Terent. *pertanto*.
proin]
projicio, is, jeci, jectum, cere, abjicio, & jacio, Vir. C. *tirar da lungi, gittar via, buttare*. projicere tela, Vir. *slanciare dardi*. projicere patriam virtutem, Cæs. *abbandonare il valor paterno*. projicere se ad pedes alicujus, Cæs. *inginocchiarsi a' piedi d'alcuno*. projicere præterea est ejicere, *cacciare, lasciare, abbandonare, disperarsi*: ut animum projicere apud C. ad Att. l. 9. est despondere, *disperare*. item ponitur pro extendi, porrigi *stendersi*. C. unde urbs, aut domus dicitur projici, idest extendi.
prolabor, eris, vel ere, psus sum, labi, verb. depon. accedo, venio, C. *sdrucciolare, cadere, tremare di spavento*, prolabi timore, Cic. *cadere, tremare di spavento*.
prolapsus, psa, psum, part. progressus, elapsus, Cic. *sdrucciolato, caduto*.
prolapsa juventus, Cic. *gioventù sfrenata, licenziosa*.
prolapsio, tionis, f. g. ver. lapsio, lapsus, C. *esso cadere, sdrucciolare, caduta*.
prolatio, tionis, f. g. aliud ver. a profero, dilatio, Ciceron. *differimento, stendimento, favella, ampiezza*.
prolatus, ta, tum, part. a proferor, ris, pronunciatus, item in medium allatus, productus, suspensus, Cice. Ov. *proferito, differito, prolungato, portato, ampliato*.
prolato, tas, tare, Cic. *dilatare, differire, ampliare, prolungare*.
prolatatus, tata, tatum, part. ut prolatarum bellum, Tac. *guerra dilatata, differita*.
prolatatio, tionis, f. g Var. Tac. *dilatazione prolungamento*.
prolectibilis, & hec le, quo d alliciendi vim habet, blandus, Sidon. Apol. *lusinghevole, che ha il modo, e forza d' attracre con belle parole, e attrarre a se*.
prolecto, ctas, ctare, allecto, allicio, C. *attrarre, lusingare*.
¶ prolegomena, quod præfationis loco dicitur.
¶ prolepsis, latine dici potest præceptatio, vel præoccupatio, hoc est a præsumendo.
¶ prolepticus, a, um, ad anticipationem pertinens.
proles, lis, f. g progenies, soboles, Cice. Col. *progenie, generazione, razza*. posthuma proles, Virg *fanciullo nato dopo la morte di suo padre*. per translationem etiam dicitur de plantis, Vir. a. Georg. dixit prolem olivæ.
proletarii, Gell. *pueri Romani, che attendevano solamente a generare*.
proletarius sermo, apud Pla. ponitur pro plebejo, *parlare plebeo, o del popolo*.
prolibo, bas, bare, Pli. *gustar prima, e bagnarsi le labbra con qualche liquore*.
proliceo, pro prolinqueo, profluo, Gloss. Isid.
prolicio, cis, xi, ctum, cere, allicio, Pl. *indurre, attracre, adescare*.
prolixus, xa, xum, longum, liberalis benignus, Ter. *lungo, benevolo, liberale*.
prolixe, adv. liberaliter, large, cumulate, Ter. C. *lungamente, largamente, ampiamente, liberalmente*.
prolixitas, tatis, f. g. pro quo dixit Pacuv. prolixitudinem, nunc vero prolixitas in usu est, tametsi non reperiatur expresse apud ullum ex antiquioribus ita ut prolixitas verborum, orationis, *lunghezza d' orazione, orazione lunga, troppe parole*.
† prologium, gii, n. g. proloquium, sive anteloquium, antelogium, Plau. *discorso fatto avanti*.
prologus, gi, m. g. Ter. *prologo, prefazione d' un libro*.

prolungo, gas, gare, differo, Plin. *prolungare, allungare*.
proloquium, ii, n. g. Gell. exordium, præfatio, *esordio, prefazione*.
proloquor, is, vel loquere, loquutus sum, loquutum, loqui, & profiteor, Varr. *dire quanto abbiamo in animo*. proloqui mendacium, Plau. *dire una menzogna, o bugia*.
prolubium, ii, n. g. Gell. cupiditas, voluntas, *cupidità, volontà*.
proludo, dis, si, sum, dere, specimen exhibeo, Cic. Virg *fare un' assaggio, provarsi prima, che s' entri in battaglia*.
prolusio, nis, f. g. Var. C. *prova delle proprie forze prima, che si vada a combattere*.
proludium, dii, Gell. *prova, assaggio, principio*.
prolugeo, es, follito diutius lugeo, Fest. *piangere molto più del solito*.
proluo, luis, lui, lutum, luere, Pla. *lavar ferre*.
proluvies, viei, f. g. eluvies, eluvio, Ci. Virg. *immondezza, sozzura, lordura di qualche cosa*.
proluvium, Ter. *prodigalità, consumamento di beni*.
¶ promatertera, æ, est soror proavæ, Cajus D.
promercalis, & hoc cale, Col. *cosa da vendere*.
promereo, res, rui, ritum, rere, & promereor, ris, vel rere, ritus sum, ritum, reti, verb. depon. bene mereo, mereor, beneficium confero. Cic. Virg. *far piacere, servire ad alcuno, far beneficio, meritare, beneficare*: ut bene promerere de aliquo, *far beneficio ad alcuno, che vi sia obbligato*.
promerens, tis, merens, benemerens juvans, C. Pla. *chi giova ad un' altro*.
promeritum, meritum, beneficium C. *piacere, servizio fatto ad un altro*.
promico, as, extendo, Non ex Nævio, *gettare da lungi*.
promineo, nes, nui, nere, Plin. *mostrarsi fuori, apparire, farsi fuori*.
prominens, tis, partic. sive nomen ex partic. ut prominentes venæ. Marr. *molto apparente, sporto in fuori*.
¶ prominentia, summitas prominens.
¶ promino, produco, ago, Apul.
promiscue, adverb. sine discrimine, Cic.
promiscuus, cua, cuum, Plaut. *mischiato, confuso, comune, e mescolato*; ut apud Liv. connubia promiscua: sic apud eundem stupra promiscua ingenuorum, & fœminarum, promiscuam operam dare, Plaut. *ajutare l' un l' altro*.
promiscuo, adv. promiscuus, Plin. Jun. *mescolatamente, confusamente, senza differenza*.
promissio, nis, f. g. pollicitatio, C. *promessa*.
promissum, si, n. g. promissio, pollicitatio, C. item promissi constantia. C. *fermezza, promessa*. promissi munus conficere, C. *attender la sua promessa*, sic implere promissum, promissis stare, promissa servare, satisfacere promissis, solvere promissa, manere promissis, omnia idem significant.

rant, *fornare le sue promesse*. sic exigere promissa, flagitare promissa, experetere promissa, repetere promissum, & ejusmodi facilia.
promissus, sa, sum, part. a promitto, Cic. *promesso*. promissa barba, Vir. *lunga barba*.
promitto, tis, si, sum, tere, polliceor, spondeo, recipio, profiteor, constituo, offero, fidem meam obligo, promissum facio, C. *promettere*, Pl. *gittar lontano*. Liv. *lasciar crescere in lungo, promettere di comparir in persona ad un giorno determinato*, promittere barbam, *lasciar crescere la barba, e i peli*.
promo, mis, psi, tum, mere, profero, C. *metter fuori, trar fuori*. Plin. C. *dire chiaramente*. promere consilia, Cic. *scoprir i consigli*.
† promonstrum, tri, n g. monstrum, portentum, *mostro*, quod contra naturam aliquid secum gerat, ut homo capitis bovini. De his agunt philosophi in physic. de causis per accidens.
promontorium, rii, n. g. *scoglio sopra l' acqua in mare, capo*.
promoveo, ves, vi, tum, vere, provehо, produco, Cic. Pla. *metter avanti, avanzare, muovere*, Ter. *ritardare. differire*.
promotus, ta, tum, productus, Ci. *promosso, posto avanti*.
prompte, adv parate, in promptu, expedite, faciliter, *prontamente, e speditamente*. a quo aliud adv. comparat. promptius, & superl. promptissime, a nominibus promptior, oris, & promptissimus, ma, mum.
† promptitudo, inis, etfacilitas ingenii ad quevis ex tempore expromenda.
promptuarium rii, n.g. Cat. *guardaroba*.
promptuarius, a, um, adj. e quo aliquid depromitur, ut cella promptuaria *luogo dove si guarda alcuna cosa, e dove si tira fuora alcuna cosa*, Plaut.
promptus, ta, tum, part. a promor, ris, & nomen, paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens: item audax, & expressus, C. *pronto, presto, apparecchiato, chiaro, manifesto*.
¶ promptu, in promptu esse dicitur, quod prolatum est, & expositum, oculis manifestum. in promptu habere, C. *aver alle mani, in pronto*.
promulgo, gas, gavi, gatum, gare, propono, Cic. *pubblicare*.
† promulgator, oris, m. gen. publicator, enunciator, *pubblicatore*, fœm. promulgatrix, tricis.
Promulgatus, ta, tum, part. propositus, editus, Cic. *pubblicato*. promulgata prælia, Cic. *battaglie pubblicate*.
promulgatio, onis, f. g. verb. prolatio, Cic. *pubblicazione*.
promulsis, sidis, f. g. potio mulso condita, Cic. *bevanda di mele*.
promurale, is, n.g. locus ante muros civitatis ductus, aut circa muros. *luogo avanti le muraglie, o intorno*.
promus, mi, m. g. Col. *dispensiero, c' ha in guardia le vivande*. promus est, qui præest cibis promendis, condus vero est qui præest eisdem condendis, sed quia uni eidem eadem incumbit cura, propterea conjungunt, dicuntque promuscondus, tanquam esset dictio composita, *dispensiero*, Plau.
promuscis, scidis, f. g. Pl. *la tromba dell' elefante*.
pronecto, ctis, nexi, & nexui, nexum, nectere, Stat. *attaccare, annodare più cose insieme*.
pronepos, tis, m. g. nepotis filius, Cic. *figliuolo di mio nipote per dritta linea*.
proneptis, tis, f. g. *figliuola di mia nezza*
pronuba, be, f. g. Virg. *colei, che mena la sposa a casa del marito*. pronuba dicebatur, aut quę contrahit matrimonium, aut quę causa fuit contrahendi ex parte sponsę: auspex vero ex parte mariti: aut pronuba est ea quę curam habet nuptiarum, undę Juno dicitur pronuba, aut quę sponsam domum deducit, sicut hic auctor explicavit.
pronuncio, cias, ciavi, tum, ciare, dico, prædico, Cic. *parlare*, Ulp. *dire espressamente, dare una sentenza, giudicare, pronunziare*, Liv. *dichiarare*, C. *promettere pubblicamente avanti a tutto*.
pronunciatus, ta, tum, part. ut pronunciatus versus, prolatus, Ci. *verso pronunziato*.
pronunciatum, ti, n. g. subst. effatum, C. *una massima, e sentenza*.
Pronunciatio, nis, f. g. verb. prolatio, dictum, & renunciatio, C. *pronunzia*.
pronunciator, toris, m. g. verb. historicus, Cic. *scrivano, pronunziatore, che recita una istoria*.
† pronunciatus, us, ui, Pronunciatio, *pronunziazione*.
pronuper, adv. Plau. *per adesso, poco fa*.
pronurus, rus, f. g. Ov. *moglie di mio nipote*.
pronus, na, num, proclivis, in anteriorem partem flexus, Cic. Ovid. *chi pende avanti*. Pl. Jun. *inchinato a qualche cosa*. pronus in ventrem, Var. *chi giace sul ventre*. pronus opponitur supino, *boccone*. aliquando opponitur recto, *chi pende avanti, curvo*, ut animalia bruta dicuntur prona, solus homo rectus: juxta illud Ov. os homini sublime dedit, cęlumque tueri jussit, & erectos ad sidera tollere vultus. mare pronum dicitur a Virg. 5. Æn. quod littori vicinum est.
pronis, & hoc ne, tertię declin. apud Ter. pro pronus, *inchinato*.
pronitas, tatis, f. g. Sen. *inchinazione a' vizj*.
proœmium, mii, n. g. exordium, principium orationis, Cic. Quint. *proemio, prefazione, principio*.
proœmior, ris, Plin. Jun. *cominciare*.
propago, ginis, f. g. soboles, stirps, item vitis ad sobolem suspensa, Cic. Virg. *razza, lignaggio*, & propago, prima corr. Virg. *tralci di vite*.
propago, gas, gavi, gatum, gare, produco, profero, dilato, procreo, Cic. *germinare una vite, moltiplicare, stendere, dilatare, figliolare*.
propagatio, nis, f. g. verb. procreatio, amplificatio, C. Col. *germegliamento di viti*.
propagator, ris, m. g. Virg. amplificator, Cic. *moltiplicatore*.
¶ propagatrix, cis, multiplicatrix, procreatrix, auctrix. *donna, che accresce*.
¶ propagatus, a, um, part. Cic. in Cat. memoria consulatus mei propagata.
propalam, adv. palam, Ci. *avanti a tutto il mondo, pubblicamente*.
propando, dis, expando, aperio, rosa folia propandit, *spiegare, aprir molto*.
proparruus, trui, m. g. Cajus, *avo grande*
propatulus, la, lum, apertus, Cic. *molto aperto, scoperto, pubblico*. in propatulo, idest palam, in conspectu omnium, Sallust. *apertamente, pubblicamente, dove ogn' uno può vedere*.
prope, præpos. serviens accusat. casui, & adv. apud, item, pene, fere, quasi, C. Plau. *appresso, vicino, quasi*.
propecto, ctis, xui, xum, ctere, in longum pecto, unde propexus. apud Ov. & barba propexa, & apud Virg. to. Æn. *pettinare*.
propediem, adv. tempore brevi, Ci. & Ter. *in breve, tosto*.
propello, lis, puli, sum, pellere, Pl. *cacciar lontano*. propulso, Cæs. *cacciare, ribattere*.
propemodum, adv. prope, fere, Ci. Ter. *quasi, poco meno*.
propendeo, des, di, um, dere, inclino, C. Plau. *pendere avanti, esser inchinato*.
propendens, tis, part. Col. *chi pende per dritto a basso*.
propensus, sa, sum, pronus, proclivis, Cic. Pla. *molto inchinato*. propensior ad voluptatem, Cic. *forse inchinato a' piaceri*.
propense, adv. ex animo, libenter, Ci. Lent. *di cuore, con affezione*.
propensio, nis, f. g. verb. proclivitas, C. *inchinazione*. propensio animi, idest inclinatio, *l' inchinazione*.
properantia, tię, f. g. apud Sallust. idem, quod festinatio. *fretta, affrettazione*.
propero, ras, ravi, ratum, rare, festino, appropero, accelero, maturo, *affrettarsi di andare, o di fare alcuna cosa*.
properus, ris, adj. festinans, Cice. Ter. *chi si affretta*. properans dextra, Luc. *mano, che si affretta per una sua faccenda*.
properanter, adver. Lucr. *frettolosamente*.
properandus, da, dum, partic. Vir. *che si dee affrettare*.
¶ properatio, nis, festinatio, *fretta*.
¶ properatus, us, ui, properatio, Gell.
properatus, ta, tum, part. Ov. *affrettato*. properata carmina, Ov. *versi fatti in fretta*.
properato, adv. cum celeritate, Cice. ut properato opus est, Cic. *bisogna affrettarsi*.
properus, ra, rum, Plau. *frettoloso, leggiero*. Irę properus apud Tacit, idest promptus ad irascendum, *collerico*. cursus properus, passus properus, Ovid. fic pede propero, Flac.
propere, adv. celeriter, Sallust. *frettolosamente, leggiermente, presto*.
propexus, xa, xum, nomen ex partic. propex ad pectora barba, Ovidio. *barba lunga fino al petto*.
prophera, ræ, vel prophetes, tæ, m. g. *profeta, che predice le cose avvenire, indovino*.
prophetis, dis, vel prophetissa, f. g. *profetessa, che predice le cose avvenire, indovinatrice*.
propheria, tiæ, f. g. *rivelazione, profezia*.
¶ propherizo, as, vaticinor.
propheto, tas, tavi, tatum, tare, *profetizzare, profetare*.
propino, nas, navi, natum, nare, C. & Ver. *porgere da bere ad alcuno*, Ter. *donare*.
propinator, ris, Virg. Ovid. de ar. am. *chi porge da bere*.
propinatio, nis, f. g. verb. apud Sen. ipse actus propinandi, *il porgere da bere*.
propinquus, qua, quum, Ter. & Cic. 3. Offic. *propinquo, parente, vicino, amico*.
propinquo, quas, quavi, quatum, quare propinquus fio, Virg. *approppinquare, avvicinarsi*.
propinque, adv. Plaut. *propinquamente, da vicino*.
propinquitas, tatis, f. g. agnatio, affinitas, necessitudo, *vicinanza, propinquità, parentado*, Cæs.
propior, & hoc propius, interior, arctior, junctior, C. 1. Ver. *più appresso*.
propitius, tia, tium, fecundus, Ter. *favorevole, che giova, propizio, cortese, prospero*. dii propitii hominibus, *dei favorevoli agli uomini*.
propitiabils, & hoc le, *favorevole*. Non. ut hostia propitiabilis, idest propitiationi apta, *vittima, o sacrifizio, che placa gli dei*.
† propitiatio, nis. f. g. verb. a propitio, *sacrifizio, che placa Iddio d' alcuna ingiuria*, unde Christus ab Apost. dicitur propitiatio pro peccatis nostris.
¶ propitiatorius, a, um, habens vim propitiandi.
¶ propitiatorium, ii, quod nobis aliquem propitium reddit, placidum, & faventem.
propius, adv. comp. Liv. *più appresso*.
propitio, tias, tiavi, tiatum, tiare, placo, propitium reddo. Plaut. *render propizio, giovare, placare*.
propitiatrice, ces, Pl. l. 34 c 12. *arte di fare con terra immagini di rilievo*.
propola, læ, m. g. Cic. cont. Pison. *rivenditore, regattiere*.
propolis, f. g. Varr. l. 4. de re rust. Pl. *materia come cera trovata al buco, dove entrano le api nel suo alveo*.
propono, nis, sui, situm, nere, ante oculos constituo, statuo, delibero, Pl. *metter avanti gli occhi, proporre, proponere, deliberare, o mostrare, pubblicare, riguardare*. proponere præmium certantibus, est in medio ponere: proponere animo, est constituere, & deliberare, *deliberare*, Sen. proponere alicui conditionem, Cæs. *offerire ad alcuno un partito*.
propontis, tidis. f. g. pars illa maris mediterranei ab Hellesponti angustiis ad Bosphorum Thracium, seu ad Pontum Euxinum: sic dicta, quod esset posita ante pontum, pro enim apud Græcos est ante.
proportio, nis, f. g. C. *proporzione, misura*.
propositio, nis, f. g. verb. quæstio habens aliquid, quod disputatione solvendum sit, Cic. *proposta messa in disputa per conferir insieme a trovar il vero*.
propositum, ti, n. g. mens, consilium, proposita ratio, Pl. *proposito, intenzione*. proposito aberro, & a proposito, Cic. *io mi allontano dal mio proposito*.
propositus, ta, tum, part. a proponor, ris, *posto avanti, dichiarato*. propositum argentum, Cicer. *credenziera di argento posta in mostra*.
proporro, adv. apud Lucr. pro præterea, *oltre a ciò*.
¶ propos, valde potens, Gloss. Isid.
proprætor, ris, m. g. locum, aut vicem prætoris in provincia gerens, Cic. *chi è mandato in una Provincia con autorità di Pretore, o Podestà in absenza o luogo di Governatore*.
† propriassit, proprium fecerit, Fest. ergo proprio, est proprium facio.
proprie, adv. præcipue, privatim, C. de Orat. *particolarmente, propriamente*.
proprietas, tis, f. g. Cic. in Acad. *proprietà pertinente a ciascuno*.
proprietarius, rii, m. g. Ulp. *colui a chi si appartiene la proprietà, e signoria di una cosa*.
proprius, pria, prium, præcipuus, peculiaris, certus, Virg. *proprio, istesso. medesimo, simile*, , *e particolare a ciascuno*. propria culpa mea. Cic. *la colpa è mia propria*. proprius præterea ponitur pro stabili, firmo, perpetuo, Vir. 6. Æn. *stabile, fermo, perpetuo, quello, che conviene a ciascuno*, ut hoc proprium est oratori, idest hoc oratorem facto decet, oratori facto opus est, oratori faciendum est, *l' Oratore ha da far così, questo appartiene all' Oratore*.
propter, præposit. serviens accus. casui, ob, pro Cicer. *per*. propter hunc assiste, Ter. in Adelph. idest prope.
propterea, adv. ideo, idcirco, ex eo, ob id, Ter. *per questa causa, però*.
propudium, ii, n. g. res pudenda, unde propudia virorum apud Plin. pro partibus obscęnis hominis, Liv. *parti vergognose*.
propudiosus. sa, sum, cujus non pudet, Gel. Plaut. *disonesto, cosa della quale dobbiamo vergognarsi*; ut mulier propudiosa, infamis, *donna disonesta*.
propugnaculum, li, n. g. defensio, Virg. l 4. Æn. *bastione, defensione*, propugnaculo esse, Cicer. *difendere altrui*.
† propugnans, antis, part. a propugno, defendens, pugnans, *combattente, difensore*.
propugnatio, nis, f. g. *defensio*, verb. Cic. in Epist. *difesa*.
propugnator, ris, m. g. defensor, verb. C. *difenditore, difensore*.
propugno, gnas, gnavi, gnatum, gnare, defendo, & pugno, Cic. & Cæs. Pl. *combattere all' incontro, difendere*.
propulsus, sa, sum, part. expulsus, Luc. *ributtato, scacciato*.
propulso, sas, savi, satum, sare, freq. a propello, Cic. *ributtare, cacciare, scacciare*.
propulsatio, nis, f. g. verb. Cic. *ributtamento, ripulsa*.
propulsator, ris, m. g. aliud verb. Val. Max. *chi ributta*.
propylæum, ei, vox græca, latine vestibulum, vel porticus, Cic. l. 2. offic. *spazio avanti una stanza*.
proquæstor, ris, m. g. Cic. in Acad. *che con autorità di Camerlengo governa una provincia*.
prora, ræ, f. g. Liv. & Virg. *proa, prora, parte davanti della nave*.
proreta, tæ, gubernator in navis prora, Plau. in Rud. *governatore a prova, che governa la nave, ovvero il padrone*.
¶ proretus, proreta, qui proram gubernat, *governatore a prova*.
prorepo, pis, psi, ptum, pere, Col. *forgere, saltar fuori*.
proripio, ripis, ripui, reptum, ripere, Liv. Sall. & Vir. *levarsi nascosamente di una compagnia, trarsi, e gittarsi in fresta fuor di qualche luogo, o fuggire*.
prorito, tas, tavi, tatum, tare, Col. l. 1. c. 20. *provocare, incitare, stimolare*.
prorogo, gas, gavi, gatum, gare, differo, profero, propago, Cic. *prolungare, prorogare, differire ampliare, accrescere*, ut imperium prorogare, id-est extendere, ampliare: prorogari etiam dicitur imperium, aut magistratus alicujus, cum semel exacto debito tempore, de novo confirmatur in futurum *continuare l' imperio della medesima persona*.
prorogatio, nis, f. g. prolatio, verb. C. *prolungamento*. prorogatio legis, C. *dilazione, e pubblicazione di una legge*.
¶ prorogativus, a, um, habens vim prorogandi.
prorogator, qui prorogat.
¶ pro rostris, apud Cic. idem, ac e suggestu, *dal pergamo, dal pulpito*. pro concione.
prorsi limites dicti, qui spectabant ad orientem, transversi vero, qui ad meridiem: alio nomine prorsi dicti sunt limites decumani, & transversi dicti sunt cardines, ex Hyg. de limit.
prorsus, adv. & prorsum, penitus, omnino, funditus, radicitus omni ex parte, Cic. Ter. *affatto, in tutto, del tutto, totalmente, generalmente*.
prorumpo, pis, pi, ptum, pere, erumpo, C. & Cæs. l. 14. *entrare a forza, con violenza, impetuosamente rompere, andare con empito*.
proruptus, a, um, partic. projectus, C. ut prorupta audacia, *ardire inconsiderato, temerario*.
proruo, nis, ui, tum, uere, Liv. *gittar lontano*

lontano, o per terra, far andar à cascare con empito.
prorutus,ta,tum,dirutus, part. *fatto cadere a terra, conquassato, precipitato.*
prosa, sæ, f.g. soluta oratio, Quint. *parlare, o scrivere in prosa, distesamente, non in verso, prosa.*
prosaicus,ca,cum,adj. quod ad prosam pertinet,ut oratio prosaica,apud Pl. & Gell. *cosa pertinente alla prosa.*
prosapia,piæ,f.g.genus stirps,Cic. de Univ. *generazione, lignaggio antico.*
prosapies,ei, f.g. & declin, 5. idem, quod prosapia, Nonius, *generazione, razza, stirpe.*
prosapodosis, is, f. g. figura orationis, cum duabus, aut pluribus propositis sententiis, ratio cuique subjicitur. in comparationibus enim, cum dicimus, sicut se habet hoc, appellatur apodosis, cum vero subjicimus, sic se habet illud,vocatur antipodosis similitudinis, seu redditio, aut secunda pars, seu consequens comparationis,illa vero antecedens: prosapodosis vero, cum ratio alicujus rei subjungitur.
¶ proschematismus,figura,cum aliquid litera, vel syllaba in fine additur.
¶ proscholum, locus ante scholam.
proscenium,nii, N. *luogo avanti la scena, dove i rappresentatori si mostravano*
proscindo, dis, di, sum, dere, Var. *schiappare,dividere,separare, tagliare.* proscindere terram aratris,Lucr. *lavorare la terra la prima volta.* proscindere aliquem, Plau. *lacerare alcuno con villane parole.*
¶ prosciſsum, si, subst. pro terra proscisa. Col.
prosciſſus, sa, sum, *lavorato.*
prosciſſio, verb. Col. *esso tagliare.*
proscribo, bis, psi, ptum,bere, publico, proscriptionem facio,edico,Cic. l. 1. offic. *mettere, dare, o porre in vendita, bandire.*
proscriptio, nis, f.g. verb.damnatio, publicatio, Cic. *proscrizione, bando.*
proscriptor, ris, m.g.verb.Pl. *chi mette in vendita, o bandisce.*
proscriptus, pta, ptum, publicatus, damnatus, decretus, Cic. *posto in vendita, o bandito.*
proscripturio,is,vi,tum,rire, proscribere, cupio, Cic. ad Att. l. 9. *pensare di mettere in vendita,o bandire.*
proseco, cas, cui, ctum, care, seco, Liv. l. 5. ab urb. *tagliare, troncare.*
prosecta, torum, n.g.plur.præsegmina sacrificiorum, seu viscera, quæ in sacrificiis prosecabantur, Ov. 7. Met. *gl' intestini degli animali nei sacrifizj, che si buttavano via.*
proseda, dæ, f.g.meretrix, Plau. *meretrice.*
prosedamum, mi, Pl. l. 26. c. 10. *infermità, che rende i montoni inabili a coprir le pecore.*
proseminatus,ta,tum,procreatus, Ci. *seminato, generato, sparso quà, e là.*
prosemino,as,are,Cic. *seminare, spargere quà, e là.*
† prosequium, quii, a verbo prosequor, ficut obsequium ab obsequor, *accompagnamento, l'andare dietro ad alcuno.*
prosequor, queris, vel quere, tus sum, quutum,qui, sequor, insequor, subsequor, orno,onero, cumulo, comitor, Cic. l. 3. off. Cæs. *proseguire, condurre, e seguire,andar dietro,accompagnare l'esequie.* prosequi aliquem verbis, C. *oltraggiare alcuno con parole.* prosequi aliquem injuria, Cic. *ingiuriare alcuno.* id non prosequar longius, C. *non tratterò di ciò più a lungo.* prosequi aliquem laudibus, C. *lodare alcuno.*
prosequutores, qui aurum,aut publicas functiones prosequuntur,Bulengerus.
proserpo,pis,psi,ptum,pere,Pla. *raparsi, strisciare, rampare, rampegare, andar per terra come serpe.*
proserpina,næ,f.g.Libero,Luna, Jovis ex Cerere filia, a Græcis dicta Persephone, & a Latinis plurimis nominibus,ut præter jam dicta dicitur etiam Hecate, Diana, Trivia, Juno inferna apud Virg. Æn.
proseuche,proseuches vel proseucha, proseuchæ, f.g. *priego, orazione, preghiera, e il luogo dove stanno i mendicanti a dimandar limosina.*
prosilio,lis, lui, livi,lii,sultum,silire, Virg. exilio, prorumpo,C. *uscir fuori in fretta.*
prosimurium, rii, n.g. Fest. est locus ante muros seu pomœrium,ubi Pontifices augurabantur, *luogo vicino alle mura della Città.*
prositum,veteres dixere propositum, quasi ante situm Fest. *cosa messa avanti*
prositum,is,n.g.dicitur in sacris, quod prosectum projicitur. Vide prosecta supra suo loco, *cose nel sacrifizio, che si buttavano via.*
prosocer, ri, m.g. Ovid. Plin.jun. *avo di mia moglie, o di mio marito.* prosocero autem opponitur progener, vide progener suo loco.
prosodium, canticum, quod diis canit.
¶ prosodia, æ, *accento.* (tuf.
prosopon,vox græca, quæ latine dicitur vultus,facies, aut persona; unde prosopopeja est fictio personæ,seu introductio fictæ personæ loquentis. Figura apud Grammaticos, & Rhetores, ut cum animalia, leones, ursi, aut ejusmodi introducuntur in oratione aliqua loquentes.
prospecto, ctas, ctavi, ctatum, ctare, freq. a prospicio, specto, Cic. Plin. *guardare spesso.*
prospectus,m g.specula, locus ad prospiciendum, Cic. *prospettiva, il riguardare.*
prosper,ra,rum,secundus,felix,Cic. *cosa,che porta prosperità e buona fortuna.*
prospere,adv.feliciter, C. *felicemente.*
prosperitas,tatis, f.g.commoditas,res secunda, Cic. *prosperità, quando le cose ci riescono a nostra voglia.*
prospero, ras, ravi, ratum,rare, Liv. *dare prosperità, prosperare.*
† prospica, cæ, assidue intenta, *che riguarda attentamente.*
prospicio,cis,xi, ctum,cere,prævideo, præsentio, Cic, *guardare, riguardare di lontano.*
prospicere in posterum, Cic. *provedere nel tempo avvenire.*
prospiciens, tis, prænoscens, Cic. *che vede di lontano.*
prosterno,nis,stravi,stratum,nere,abjicio, affligo, profligo, perdo, obtero, pervello, C. *rovinare, abbattere* prosternere se,atque abjicere,Cic. *non tener conto di se medesimo, avvilirsi.*
prostibulum,li, n.g. Pla. *luogo meretricio, e essa meretrice.puttana.* postribulum,lupa,nonaria prosteda,meretrix, omnia idem significant.
prostibula, bulæ, f.g. idem, Pla.
prostituo, tuis, tui, tutum, tuere, Suet. *metter femmine in guadagno,* prostituere faciem suam lucro, Ovid. *guadagnare con la sua beltà.* prostituere pudicitiam, est pudicitiæ non parcere, rem meretriciam agere. *far la puttana.*
prosto, stas, stiti,stare, Pla. *fermarsi in qualche luogo, tenersi davanti* prostare item idem est, ac prostituere corpus, corpore quæstum facere,corporis copiam viris dare; vide prostituo, *far la puttana, o vendere il suo corpo agli uomini per guadagno.*
prostratus, ta, tum, partic. a prosternor,neris,profligatus, afflictus, abjectus, percussus, perditus, C. *steso,abbattuto.*
prosubigo,bigis, begi, bactum, bigere, ut prosubigere terram pedibus, Virg. *fregare i piedi alla terra, incavarla.*
prosum,des, fui, desse, proficio, utilitatem, vel fructum affero, emolumentum facio,consulo, orno, C. *giovare, ajutare.*
prosumia, æ, f. g. genus navigii levis speculatorii, Plau. *bregantino.*
protego,gis,xi, ctum, gere, defendo, Pl. *guardare, difendere,* Cic. *far un poggiuolo, uno sporto.*
protectus,cta, ctum, part. sive nomen ex part. defensus,C. *coperto. difeso.*
protectus, & protecta, Cic. *poggiuolo, poggio, sporto.*
protelo, las, lare, Ter. *tener lontano, cacciare, annonziare, turbare.* Ulp. *differire di battere,prolungare.* protelare aliquem dictis, Ter. est lacessere, perturbare. *oltraggiare, dire villania contra alcuno.*
protelum, li, n. g. Lucr. *continuazione.*
protendo, dis,di,sum, & tum, dere, protraho, Cic. *estendere, allungare, avanzare.* protentus, ta,tum, part. Cic. *steso, avanzato.*
proterminо,nas,avi,propago, fines, & terminos extendo, propago, Apul. *prolungare, estendere*
proteror,ris,trivi,tritum,rere, conculco,Pla. *calpestare,conculcare.*
proterreo, res, rui, rere, Ter. Stat. *dare tanto spavento ad alcuno, che se ne vada.*
protervia, viæ, f.g. Lucr. *fierezza, arroganza.*
protervitas, tatis, petulantia, *lascivia, superbia.*

pro-

protervus,va,vum, petulans,Cic. *Fiero,arrogante,tristo, superbo, malvagio.*
proterve, Adverbium, petulanter, Pla. *Fieramente, arrogantemente, superbamente.*
prothyrum, ri, n.g. Vitr. *Atrio, cortile avanti la casa,per lo quale si va dentro.*
prothyma,tis, dicitur vaporatio thuris, siliginis, hordei, aliarumve primitiarum, quæ ante sacrificium fieri solebat.
prothymia, miæ,f. g. *Vapore d' incenso, e d' altro profumo.*
protinus, Adverbium, Statim, Cic. *Subitamente, incontinente.*
† protologia, giæ,f. g. Primus sermo, *primo parlare, o discorso.*
protomedicus, primus medicus, *principale de' medici.*
protonotarius, primus Notarius, *primo Notaro.*
prototypum, i, n.g.principale exemplar, e quo reliqua descripta sunt, ectypa vero dicuntur imagines ex prototypo ductæ.
protocolum,li, n. g.schediasma, seu levis,& imaginaria descriptio, & notatio rerum, quam notarii primo solent facere, & postea perfectius absolvere, *schizzo, o disegno rozzo.*
¶ protocurſor, cursorum præfectus.
Protollo, lis, tuli, latum, differo, extendo, Gellius, & Pla. *Differire, prolungare, distendere.*
protraho, his, xi,ctum, here. Traho, & passivum protrahor, Ci. *Differire, dilatare, prolungare,Tirare avanti a forza.*
protrimenta, torum, n. g. dicuntur edulia minutim trita, *Cose da mangiare pestate minutamente.*
protritus, ta, tum, Tacit. *Calpestato, rotto, usato.*
protropum, pi, n. g. Pl. *Vino, che cola dalle uve prima che siano follate.*
protrudo, dis, si, sum, dere,propello, impello, Cic. *Spingere avanti.*
proturbo, bas, bavi, batum, bare. Liv. *Gittar fuori per forza, ribattere.*
protypum, i, n g. in vicem typi formatum, Pl. *Quello, che è fatto in luogo di esemplare, e modello di alcuna cosa.* quid sit prototypum, & ectypum, vide suis locis.
provectus, cta, ctum. Natu grandior, C. *Di età provetta, di età inchinata, provetto.*
proveho, his, xi, ctum, re,produco, promoveo. Cic. *Portare, spingere avanti,*Cic. *Avanzare.* provehi amore. Cic. *Esser guidato dall' amore.*
provenio, venis, veni, ventum, venire, Exorior, venio, Cic. *Venire avanti, nascere, e crescere.*
proventus,tus, m.g.Ver. Pla. *L' utile,che viene da' poderi, rendita, entrata, successo.* proventus annuus, *entrata dell' anno.*
† proverbialis, le, adj.ad proverbium spectans. *Appartenente a proverbio.*
proverbium, bii, n. g. verbum, dictum, aut sententia, quæ in ore omnium fere versatur, aut versata est, Cic. *proverbio, motto.*
¶ proverſus, in anteriorem partem verſus,Var. l. 6. de R. R. Ut transversus incedi, quasi cancer, non proversus ut homo.
provide, Adv. prudenter, Pl. *providamente, da uomo savio.*
providens,tis,præcavens, prævidens, prudens, expeditus, Cic. Adject. *Chi provede le cose di lungo tempo.*
providenter, Adv. C. *Con prudenza.*
providentia, tiæ, f. g. prudentia,tutela, cura, gubernatio, consilium divinum, imperium, administratio, Cic. *Providenza.*
provideo, des, di, sum, dere,prospicio,consulo,medeor, item pro verbo, Opitulor, & provideo, & præsentio, curo. Cic. Ter. *provedere di lontano le cose avvenire, provedere a qualche cosa.*
providus,da,dum,Cautus,providens, prospiciens, Cic. *Diligente, e provido a' fatti suoi, prudente, savio.*
provincia,cię.f.g.Cic.Terent. *Provincia,* & per translationem est idem provincia,atque negotium, munus, onus,partes,opus, labor, officium, officii munus; Cic. *Ufficio,o carico, che alcuno prende, o dà a fare.* Unde suscipere provinciam, aggredi, capessere, Ter. *Prender alcun carico in mano.* Sic dare alicui provinciam aliquid faciendi, tradere, committere, interponere, præscribere, & infinita alia. *Dar il carico di far alcuna cosa ad alcuno,*
provinciam obtinere, Cic. *Ottenere il governo di provincia.*
provinciatim,Adv. Suet. *Di provincia in Provincia.*
provincialis,le,Cic. *Cosa di Provincia.*
provisio, nis, f. g. Verb. a provideo, Remedium, cautio, Cic. *Provisione. considerazione, rimedio.*
provisо, sis, si, sum. Terentius, Donatus, ad visendum eo. *Andare a visitare.*
provisus, sa, sum, Cic. *A chi noi abbiamo preveduto, e provedùto.*
¶ provisus, us, Verbale. *Provisione.*
provisor, ris, Aliud. Verb. Hor. *chi provede.*
provivo, vis, xi, ctum, vivere, vitam protraho. Tacitus. *Vivere,prolungare la vita.*
† provocabulum, li, n. g. Vox, quę pro alia usurpatur, ut cum dicitur, scutum, & gladius, quia in modo defensionis concurrunt.
provoco,cas, cavi, catum, care, Lacesso, tento, voco, C. *Chiamare di lontano, provedere, irritare, appellarsi al Giudice superiore.* Unde provocare aliquem ad pugnam, ad certamen, vel ludendi, vel lædendi gratia, provocare in aleam, prius provocare aliquem injuriis, *Ingiurare prima.* Ubi notandum ornatius dici priorem, quam prius per Adverbium.
provocatus,ta,tum,Lacessitus, Cicer. *Provocato, sfidato.*
provocatio,nis,f.g. Liv. *Disfida*, Cic. *Appellazione ad un Giudice superiore.*
provocator,tis,m.g. *chi sfida,sfidatore.*

provolo, las, lavi, latum, Pl. *Volare*, Liv. *Andarsene in fretta.*
provolvo, lvis, lvi, lutum, lvere, Ter. *Volgersi, avvoltarsi, voltarsi.*
¶ provorſus, a, um, proverſus, prout, Adv. Ut; perinde ut, Cic. *Siche, siccome.*
¶ provulgo,in vulgus notifico, promulgo, Sulpit. Suet. l. 1. *Fatti miraculum provulgavit.*
proxeneta,tæ,m. g. Marr. *Conciliatore,mediatore.* Proxenetæ sunt interpretes inter civem, & peregrinum, qui linguam non callet, ut utrumque utrique explicent, vox græca, *chi interpreta il linguaggio d' un forestiere, o interprete tra due.*
proxime,& proximo,Adv.Superl.Nuperrime, postremo. Item pro Adv. maxime,subinde, postea, Cic. *Ultimamente,prossimamente, dappoi,dopo.*
proximitas,tatis, f.g. Quint. *parentado, consanguinità, vicinanza.*
proximo, mas, vi, tum, are, Cicc. *Avvicinarsi, esser molto simile.*
proximus, ma, mum, Superlat.consanguineus, C. & Ter. *parente, prossimo.*
prudens, tis, Adject. Prudentia præditus,sapiens,multarum rerum peritus,vir magni consilii, Cic. *conoscente.sagace, prudente, savio, accorto, intelligente, dotto, perito.* Unde juris prudentes dicuntur iidem, qui alio nomine jurisperiti, & jurisconsulti, *Dottori di legge.*
prudentem,& scientem aliquid facere apud Ter. & alios, ubi illa duo conjunguntur,non quod meo judicio diversa significent, sed ut clarius idem explicent repetitione Synonymorum, sicut idem accidit, cum dicunt, præter æquum, bonumque, seu præter æquum, & justum. idem enim est æquum, & justum, *Fare alcuna cosa, sapendo ben, che cosa s' ha fatto.*
prudenter. Adv. Sapienter, Cicer. *Intelligentemente, prudentemente,sagacemente, saviamente,accortamente.*
prudentia, tiæ, f. g. intelligentia,sapientia, Cic. *Intelligenza, sagacità, prudenza.*
pruina, næ, f. g. Cic. *Brina,gelo.* Cana pruina, Virg. *Gelo, o brina candida.*
pruinosus, a, um, pruinæ suppositus. Col. *Soggetto, sottoposto a brina,gelo.*
pruna, næ, f. g. Vir. *Bragia, o come alcuni dicono, bronza di fuoco.*
prunum, ni, n. g. Virg. *Sosino.*
prunus,f.g.Virg. *Sosinaro.*
prurio, ris, rivi, ritum, rire, Plau. *Aver pizza, o pizzicore, prurire.*
pruritus, tus, m. g. } Plin. *pizza,*
prurigo, ginis, f. g. } *o pizzicore, prurito.*
prytaneum, nei, n. ge. publica domus Athenis, in qua viri de republ. benemeriti alebantur, Cic.
prytanis, is, ma. ge. græc. summus magistratus apud Athenienses, qui Rempublicam administrabat. *Il più grande Maestrato appresso gli Ateniesi.*

Psal-

P S

Psallo, lis, lere, fidibus cano, lyram pulso, Cic. *cantare, e sonare.*
psallocitharista, m. g. Suet. *chi canta, o suona con cetera.*
psalmodia, diæ, f. g. cantus mixtus cum concentu istrumenti, ut cum cantans sonat pariter cithara, *canto misto col suono.*
psalterium, rii, n. g. fides, lyra, Ci. *istrumento musico.*
psalma, atis, carmen, quod fidibus canitur, *canto.*
psalmodus, qui psallit fidibus, & simul canit ore.
psalmographus, qui psalmum scribit.
psalmus, mi, m. g. latine canticum dicitur, *salmo, canzone.*
psaltes, tis, m. g. *Cantore.*
psaltria, triæ, f. g. mulier fidibus docta, C. & Ter. *cantatrice.*
pseca, dis, f. g. vox græca, latine dicitur gutta, apud Apul. de mundo; *gocciola*, psecades præterea dicuntur micæ auri inter arenas lucentes: item ancillæ, quæ pulvere, aut fuco conspergunt capillos.
psegma, tis, n. g. est floseris, *fior diramé.*
psephisma, matis, n. g. decretum, *decreto.* Græc.
pseudopropheta, tæ, m. g. Vates falsus, perfidus, non verus propheta, *falso Profeta.*
pseudographium, phii, syngrapha falsa, non vera, *scritura finta, falsa.*
pseudomartyr, tyris, m. g. & f. *falso martire, che finge di patire per l'amor di Dio.*
pseudothyrum, ri, n. g. C. *porta falsa, o secreta.*
psilothrum, tri, n. g. Pl. *unguento da far cadere i peli.*
psimmythium, thii, n. g. Pl. *biacca.*
psittacus, m. g. Mart. *papagallo.*
psora, ræ, f. g. Pl. *specie di rogna secca, che fa la pelle aspra.*
psycotrophum, phi, n. g. Pl. *bettonica erba.*
psyllion, Pl. *erba pulicare.*
psyllium, lii, n. g. *città detta psello.*

P T

Ptergium, gii, n. g. Pl. *unghia nell'occhio*, Cæl. *malattia, che viene alle unghie.*
ptisana, næ, f. g. Pl. *orzo scorzato, sugo di orzo,*
ptisanarium, ii, n. g. vas, in quo coquitur, & tunditur ptisana, Hor. l. 2. ser. sat. 3.

P U

Pubeo, es, idem quod pubesco, postea vide suo loco, proprie dicitur de juvenibus, cum primum pubem circa inguina emittere incipiunt: attribuitur tamen variis aliis rebus, ut herbis, 4. Æn. pubentes herbas dixit Virg. quas Servius exponit adultas, *esser giovine, cominciar a mandar fuori i primi peli, crescere.*
puber, ris, m. g. adolescens, Cic. *giovine, che è in età di poter generare.*
pubescо, scis, pubesco, adolesco, grandisio, *divenir giovine, ringiovenire.*
pubertas, tis, f. g. *età di anni quattordici nei maschi, e dodeci nelle femmine.* pubertas plena, Mod. *età d'anni diciotto.*
pubes, hujus bis, f. g. C. *pelo, o lanugine che viene alle parte vergognose, a maschi d'anni quattordici, e alle femmine di dodici*, Liv. *compagnia di giovani, ancora la gioventù.*
pubesco, scis, scere, adolesco, C. *cominciare ad aver barba, o divenir uomo.*
publicanus, ni, m. g. vectigalis, qui exigit, & exercet vectigalia, Cic. *daziale; che maneggia il denaro pubblico, dazière, gabelliere.*
publicus, ca, cum, communis, Cic. *pubblico, e comune a tutti.* publica, Ovid. *strada pubblica, per la quale tutti passano*, publica fides, quam barbare appellant salvum conductum, *salvo condotto.* Sall. in jug.
publico, cas, cavi, catum, care, publicum facio, præconi subjicio, Ci. *pubblicare, e divolgare, confiscare.* publicare se, Svet. *mostrare al popolo.*
publicatio, nis, f. g. præscriptio, Ci. *confiscazione.*
publice, adv. vulgo, Ci. *pubblicamente, avanti a tutti.* publice dicere, C. *parlar in publico avanti a tutti.*
publicitus, adv. Ter. *per pubblica autorità, e ordine del magistrato.*
publicum, i, n. g. subst. idem, quod vectigal, *dazio.* Cic. ad Q. Fr.
¶ publicola, læ, qui populum colit, & observat.
publipor, id. Publii puer, seu servus, sicut Marcipor, Marci puer, vide sup.
publicius, a, um, idem, quod publicus apud Ov. 5. Fast. ut iter publicium, seu via publicia, *strada pubblica.*
pucinum vinum, *ribuola*, Egn.
pudet, duit, dere, imperf. erubesco, pudore afficior, Cic. *mi vergogno.*
pudens, tis, adj. verecundus, Cicer. *vergognoso.* pudens animus, Ter. *animo rispettoso, non sfacciato.*
¶ pudenda, orum, subst. *le parti disoneste dell'uomo.*
pudendus, da, dum, Pl. *cosa vergognosa.*
pudenter, adv. verecunde, Cice. *con rispetto, e modestia.*
pudibundus, da, dum, Pl. *vergognoso, rispettoso.*
pudicus, ca, cum, Ov. *casto, pudico.*
pudice, adv. caste, Ov. *castamente, pudicamente.*
pudicitia, tiæ, f. g. pudor, Ci. *castità.*
pudor, ris, m. g. verecundia, ingenuitas, modestia, Cic. *vergogna.* pudorem ponere, Svet. *perdere la virginità.*
puellus, li, m. g. dim. a puer, Lucr. *picciolo fanciullo.*
puella, læ, f. g. Cic. *fanciulla.* puellus vero masc. nunc non est in usu, cum tamen *in* principio in usu esset.
puellula, dim. a puella *picciola fanciulla*
puellaris, & hoc puellare, Quint. *fanciullesco.*
puellariter, adv. Pl. jun. *a foggia di fanciullo.*
puellasco, is effœminari, apud Pacuv. aliquando revirescere, repuerascere, *effemminarsi, ribambire*, Nonius, Var.
¶ puellitari, cum puella concumbere, ludere.
pueraſco, is, unde repuerascere dicuntur senes, *ribambire, impazzire.* Cic.
puer, ri, m. g. filius, infans: puer etiam pro servo intelligitur, Ovid. *fanciullo*, Cic. *servitore.*
puerilis, & hoc puerile, *cosa da fanciullo*, ut puerilis ætas, C. *età di fanciullo.*
puerilitas, tis, f. g. Var. *fanciullezza.*
pueriliter, adv. stulte, Cic. *a modo di fanciullino.*
puericia, tiæ, f. g. primum ætatis tempus, primus vitæ actus, ætatis tyrocinium, Cic. *fanciullezza, puerizia.* & a pueritia, a puero, a prima adolescentia, ab incunabulis fere eadem sunt, *da fanciullo.*
puerpera, ræ, f. g. Ter. *donna, che ha partorito.*
puerperium, ri, n. g. Pli. *tempo del parto d'una donna.*
puerulus, li, m. g. C. pro Rosc. Am. dimin. a puer: *fanciullino, putto picciolino.*
pugil, hujus pugilis, co. g. athleta, Cic. *chi combatteva all'usanza antica con pugni in luogo pubblico.*
¶ pugilice, more pugilis decertare.
pugilatus, tus, masc. gen. Pl. *giuoco di pugni.*
pugillares, rium, ribus, m. g plur. num. Pl. jun. *tavolette incerate, sopra le quali scrivevano anticamente*, & pugillaria, n. g. apud Catul. pugillar in singul. n. apud Auson.
pugillaris, & hoc re, quod pugillum, vel pugnum implere potest, Juv. sat. 3. *cosa, che può empire il pugno.*
pugillatio, nis. f. g. pugillum exercitatio, Cic.
pugio, nis, m. g. gladius brevis, sica, Cic. *pugnale.*
pugiunculus, m. g. dimin. Cic. *pugnaletto.*
pugna, næ, f. g. prælium, Cic. *combattimento*, pugnam dare, Teren. *dare un'assalto.*
pugnacitas, tis, f. g. Pl. *asprezza, ostinazione di combattere.*
pugnaciter, adv. pertinaciter, Cicer. *ostinatamente, pertinacemente, asprамente*, con gran cuore.
pugnaculum, propugnaculum, hoc est, locus munitus, ex quo hostilis vis arcetur, *bastione, baluardo.*
pugnator, toris, verb. prælator, Liv. *combattente.*
† pugnatrix, cis, prælatrix, decertatrix, oppugnatrix, *donna che combatte.*
pugnax, cis, Adject. pertinax, bellicosus, Cic. *ostinato, aspro, pertinace, fiero, e chi ha cuore a combattere.*
pugnans, tis, part. dimicans, certans, decertans, Ov. Cic. *chi combatte, combattente.*
pugno, as, are, dimico, certo, decerto, congredior; depugno, contrarius sum C. Pla. *combattere, resistere, esser contrario, ripugnare, contendere, guerreggiare esser differente, fortare.* pugno in hostem adversus hostem, cum hoste, & cum dat. apud Catul. & Virg. noli pugnare duobus, idest resistere.
pugnator, imp. pas. apud C. *si combatte.*
pugnus, i, m. g. Ter. *pugno.*
pulcher, chra, chrum, formosus, decorus, præclarus, egregia forma, egregia facie, Cic. *bello, ornato di beltà.*
¶ pugnatus, a, um, part. *combattuto.*
pulchellus, a, um, C. *alquanto bello.*
† pulcherrime, adv. superl. a nomine pulcherrimus, a, um, & compar. pulchrinus a nomine pulchrior, oris.
pulchre, adv. probe, præclare, Cic. *gentilmente, congentilezza, bellamente.* pulchre dicere, Ter. *dire bene politamente, santamente.*
pulchritudo, dinis, f. g. forma, species, dignitas, species liberalis, Cic. *bellezza, beltà.*
pulegium, ii, n. g. Plin. *pulegio erba, che i contadini dicono polezolo.*
pulex, cis, m. g. Pl. *pulice.*
pulicosus, a, um, pulicum plenus, Col. *pieno, e carico di pulici.*
pullarius, ii, qui e pastu pullorum captat auspicia Liv. *indovino, chi predice le cose future per il mangiare dei polli: se il grano cascava dalla bocca, era segno cattivo, se restava, era buon segno.*
pullarium, ii, n. g. locus, ubi pulli nutriuntur, *pollaro, stanza da galline.*
pullaster, stri m. g. Var. *pollastro.*
pullastra, ræ, f. g. Var. *pollastra.*
pullatus, a, um, Cic. Svet. *mal vestito, vestito di nero, vestito di gramaglia.*
pullulatio, onis,) f. g. Col. *il covare, o*
pullities, tiei,) *nascimento de' polli.*
pullicenus, ni, apud Spartian de Alex. Severo, idem, quod pullus gallinaceus *pollastro, pollicino, pulcino.*
pulligo, ginis, f. g. Plin. pullus color, *colore negro.*
pullinus, na, num, adject. quod ad pullum pertinet, ut dentes pullini, quos primum equi ejiciunt, Pl.
† pullulatio, nis, germinatio, actus pullulandi, *esso germogliare.*
pullulo, as, are, Plin. *germogliare, pullare, produr, o gettar germogli.*
pullus, la, lum, ater, niger, Cic. & Virg. *nero.*
pullus, li, m. g. Ter. volucris, Cic. Quint. Mart *pulcino, pollastrello, e piccioli augelli nati di nuovo, e i germogli teneri degli alberi.* attribuitur autem quibuscumque animalibus, ut pullus equinus. Virg. l. 3. Georg. sic apud Hor. pullus ranæ, de aliis autem animalibus non est dubium, præcipue de volucribus.
pulmentaris, tare, quod pertinet ad pulmentum, *cosa da vivanda con brodo.*
¶ pulmentarium, ii, *ogni vivanda con brodo.*
pulmentum, ti, n. g. obsonium, C. Pla. *minestra, ogni vivanda fatta con brodo.*
pulmo, onis, m. g. Pl. *polmone.*
pulmonarius, ria, rium, Col. *chi ha male, o è infermo nel polmone.*
pulpa, pæ, Pl. *legno, che si può fender dall'albero per filo, o per vena.* & apud Pers. *polpa, cioè carne da mangiare senza ossa.*
pulpæ arborum non sunt ipsæ arbores ut auctor explicat. sed venæ in arboribus, seu viæillæ in arboribus, secundum quas arbores facilius, aut difficilius scinduntur, & secantur: si enim secantur pulpa recta, facile scinduntur, si vero tranlversa, difficile, ut clerum est in abiete: habent & lapides eandem naturam, ut probe notant lapicidæ.
pulpamentum, ti, n. g. Ter. *vivanda ben stagionata.*
pulpitum, ti, n. g. Mart. Suet. *pergamo da predicare, pulpito, e ogni luogo da parlare al popolo.*
puls, tis, f. g. polenta, Plin. *polenta confarina, e acqua, condita con mele, e formaggio.* hinc pultarius, rii, m. g. ut est apud Col. *il vaso da cuocer la polenta.* puls miliacea, Egn. *polenta di miglio.*
pulsatus, ta, tum, verberatus, Plin. *battuto, percosso, gettato a terra.*
pulsatio, nis, f. g. verb. verberatio, C. *esso urtare, calpestare, e battere.*
pulsator, ris, m. g. verb. Flac. *battitore.* pulsator citharæ, Val. *suonatore di cetera.*
pulsandus, a, um, part. a pulsor, Hor.
pulsim, adv. expulsim, *con urlamento, o sbattimento.*
pulso, as, are, percutio, verbero, impello, C. Vir. & Quint. *urtare, sbattere, battere, percuotere.* pulsare pede libero pulverem, Hor. *ballare, danzare.* pulsare citharam, *suonar di cetra.*
pulsus, a, um, part. a verbo pello, idem, atque agitatus, motus, Ovid. *cacciato, smosso, spinto.*
pulsus, us, m. g. agitatio, motus, Cic. *movimento, battimento, l'essere spinto*, & apud Pl. *il polso.*
¶ pultarius, rii, vasculum culinarium, in quo puls decoquitur, *vaso da cuocervi la polenta.*
¶ pultiphagus, qui pultem vorat.
pulticula, æ, f. g. dimin. a puls, puls, parva, *polenta picciola*, Col.
